
IN LIBROS
ETHICORVM ARISTOTELIS
AD NICOMACHVM,

ALIQVOT CONIMBRICENSIS curſus diſputationes:

IN QVIBVS PRÆCIPVA quædam Ethicæ diſciplinæ capita continentur.

HAC NOVISSIMA EDITIONE ab omnibus erroribus expurgatæ, & ſummo ſtudio correctæ.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC XVI.

Apud Andream Baba.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROOEMIVM.

PERFECTVM Philoſophum neminem poſſe euadere, qui Moralis ſcientiæ præceptis imbutus non fuerit, planè indicat, tum vulgata illa diuiſio, qua Veteres Philoſophiam, in Dialecticam, Naturalem, & Moralem diſtribuebant: tum quia vt ad bene beateque viuendum, ita ad rectè philoſophandum, perſpicere oportet, quid honeſtum, quid turpe; quid amplectendum, fugiendùmve ſit: cuius rei cognitio Philoſophiæ Moralis propria eſt. Hinc ijs, qui in bonarum artium curriculo verſantur, doctrina hæc, quia ad alia tendentibus integra atque omnibus abſoluta numeris explicari nequit, aliqua ſaltem ex parte tradi ſolet, debetque. Quod vt commodè ſeruari poſſet, è re fore iudicauimus, aliquod diſputationes conſcribere, in quibus potiora quædam ex ijs, quæ ab Ariſtotele libris Ethicorum ad Nicomachum ſparſim tractata ſunt, in ordinem ſummamq. redacta comprehenderemus. Omiſimus autem, vt in Meteororum & Paruorum Naturalium libris, interpretationem Ariſtotelici contextus: non quòd eum negligendum putemus, ſed quia non quid ab alijs ſcriptum ſit, aut ſcribi à nobis poſſit, ſed quid Philoſophiæ auditoribus, certo annorum ſpacio eis præſcripto, enarrari queat perpendimus.

De hac diuiſione Ariſt. 1. Top. c. 12. D. Auguſt. 8. de Ciui. cap. 4. Alcin. in li. de doct. Platonis. Euſeb. initio lib. 11. de præp. Eu.

Huius doctrinę ſcopus.

Igitur ſcientiæ Moralis inſtitutum ac finis eſt, honeſtè viuendi rationem docere, probitate morum informare, atque ad felicem vitæ ſtatum perducere. Et quia homo, vt hoc pacto inſtitui, informarique poteſt, vel ſpectatur in ſe abſque reſpectu ad multitudinem, ad quam alioqui pertinet, cùm animal politicum ſit: vel vt pars eſt domeſticæ communitatis: vel vt eſt totius Reipublicę quaſi membrum: effectum eſt inde, vt hæc ſcientia tres contineat partes, Ethicam ſiue Monaſticam, Oeconomicam ſeu Familiarem, Politicam, ſeu Ciuilem. Quarum prima mores hominis in ſe abſolutè conſiderati componit: ſecunda demoſticam diſciplinam tradit, & ad propriæ familiæ gubernationem erudit: tertia optimam Rempub. inſtituit, atque hominem dirigit, vt ea, quæ ad regni totius ſtatum & vniuerſale bonum ſpectant, probè exequatur. De qua diuiſione Alcinous in lib. de Doct. Plat. c. 4. Philo Iudæus in lib. de Temulent. D. Thomas in 1. 2. quæſt. 48. artic. 11. & initio lib. 1. Ethic.

Partitio.

Subiectū.

Subiectum totius Moralis ſcientiæ (quòd iam ex dictis facilè colligitur) eſt homo, vt liberè agit, & vt poteſt bonis moribus excoli,

humanamque felicitatem obtinere : ſic tamen acceptus, vt eius conſideratio tripartitam illam varietatem, de qua paulò antè egimus, comprehendat. Ethicæ, ad quam (vt mox dicemus) Ethicorum libri pertinent, ſubiectum eſt Homo primo modo ſumptus.

Ordo. Quem vero tum doctrinæ, tum dignitatis ordine, tota hæc facultas, inter alias diſciplinas locum vendicet, expoſuimus in * Phyſicis. E tribus eius partibus, Ethica doctrinæ naturæque ordine reliquas duas præit : quia de re ſimpliciori diſputat, nimirum de homine ſecundum ſe inſtituendo : qui ſimplicius quidpiam eſt, quàm familia, quæ ex ſingulis hominibus ; & regnum, quod ex ſingulis familijs, ac ciuitatibus coaleſcit. Item, quia neceſſe eſt propriam vitam priùs componere, quàm ad familiæ aut Reipub. gubernaculum accedere. Quare & Ariſtoteles initio Ethicorum ad Nicomachum, procemium quoddam toti Morali doctrinæ commune adhibuit ; & in calce eiuſdem operis, ſeſe in progreſſu, & de Repub. & de ratione Legum ferendarum, diſputaturum promiſit.

* In proœmio totius operis.

Digitized by Google

DE LIBRIS MORALIBVS ARISTOTELIS,

Ac priuatim de Ethicis ad Nicomachum.

CVm veteres Philoſophi in ſolam rerum naturalium perueſtigationem, & ſcientiam incumberent, primus Socrates, teſte Xenophonte in lib. de eius dictis, & Cicerone 1. Acad. quæſt. dicitur philoſophandi ſtudium ad componendam vitam inflexiſſe, eamq́; diſciplinam, quæ de moribus eſt, euocatam è cælo, in vrbibus domibuſque collocaſſe. De qua ſubinde multa præclarè ſcripſerunt nobiliſſimi eius diſcipuli, Plato, & Ariſtoteles. Ac Platonis quidem extant Dialogi nonnulli, qui ad mores priuatos ſpectant, vt Mnemon, Eutyphro, Philebus, Crito: alij, qui ad publicos, vt Leges, & Reſpuplica.

Lege Ari. li. 1. Meta. c 6. & lib. 13. ca. 4. & de Par. an. c. 1.
D. Aug. 8. de Ciu. c. 3
Lact. li. 3. cap. 13.

Ariſtoteles verò omnes huiuſce doctrinæ partes varijs operibus complexus eſt, videlicet libris circiter centum ſeptuaginta octo. E quibus ad nos peruenere de Ethicis decem ad Nicomachum, ſeptem ad Eudemum, duo qui dicuntur ἠθικὰ μεγάλα, *id eſt, Moralia magna: de domeſtica diſciplina duo, qui appellantur Oeconomica: de gubernanda Republica octo, qui Politica nuncupantur.*

Lege Dio. Laert. & Plutarch. in vita Ariſtot.

Ceteris in præſentia omiſſis, quod attinet ad libros Ethicorum ad Nicomachum, è quibus ea, quæ in haſce diſputationes coniecimus, magna ex parte petita ſunt: aduertendum, nonnihil de ipſorum Auctore diſſidij eſſe. Nam Tullius quinto de Finibus, ſuſpicatur compoſitos à Nicomacho, Ariſtotelis filio. Cui opinioni, quam alij quoque ſecuti ſunt, fauet ipſa operis inſcriptio. Dicuntur enim ἠθικῶν νικομαχείων, *id eſt, Moralium Nicomachiorum. Quæ verba non obſcurè ſignificare videntur, eſſe illos Nicomachi, id eſt, à Nicomacho ſcriptos. Aſſerendum tamen communi interpretum aliorumq́; iudicio, eiuſmodi libros Ariſtotelicos eſſe: vt teſtatur doctrina conuenientia, breuitas & pondus ſententiarum, argumentorum aculeus, contextus dictionis, & tota præcipiendi ratio. Item, quia in fine huiuſce operis remittit auctor lectorem ad ſuos libros de Republ. ſeu Politicorum, & lib. 6. cap. 3. ad ſuos Analyticos:*

quæ opera conſtat Ariſtotelica eſſe. Nuncupantur ergo ij libri Nicomachij, non quòd à Nicomacho compoſiti fuerint, ſed quia ſunt Nicomachi, id eſt, Nicomacho non ſolùm inſcripti, ſed etiam paterni amoris affectu donati.

Diſtributio doctrinæ Eth. ad Nicom.

Diſtribuitur hoc opus in libros decem. In quorum primo agitur, de fine, ad quem actiones humanæ diriguntur. In ſecundo, de Virtutibus generatim. In tertio, de Principijs honeſtarum actionum: in quo etiam inchoatur explicatio ſingularum virtutum. In quarto, continuatur earundem virtutum tractatio. In quinto, diſſeritur de Iuſtitia. In ſexto, de quinque habitibus intellectus. In ſeptimo, de Heroica virtute, de Continentia, & Incontinentia. In octauo, de Amicitia, eiuſq; ſpeciebus. In nono, quædam ad Amicitiam pertinentia traduntur. In decimo, de Contemplatrice beatitudine diſputatur.

Digitized by Google

DISPVTATIO PRIMA.

DE BONO.

QVia Philoſophię Moralis inſtitutum eſt, hominem ad felicitatem perducere; quæ felicitas bonum quoddam eſt, & vltimus humanæ vitæ finis: acturi paulò pòſt de felicitate, & iis quibus ad eam peruenitur, priùs de Bono, ac Fine diſſeremus; ſed curſim ac breuiter. Nam de fine, eiuſque multiplicitate & cauſandi vi, copioſè ſcripſimus in 2. Phy. Auſcul. de bono autem in 4. Metaph. ex profeſſo agendum. Atque vt à boni definitione exordiamur, quærimus.

QVAESTIO I.

Vtrum Bonum rectè definiatur id, quod omnia appetunt?

ARTICVLVS I.

Videri non rectè definiri.

IN primo cap. lib. 1. Ethic. commẽdant Ariſtoteles illam boni definitionem à Veteribus traditã: *Bonum eſt, quod omnia appetunt.* Non deſunt tamen, qui eam minùs probent: eo potiſſimùm argumento, quòd homo non bona tantùm, ſed etiam turpia malaque expetit. Itaque pręferunt illa, cuius auctor fuiſſe perhibetur Diogènes Stoicus, videlicet: *Bonum eſt id, quod eſt natura abſolutum*: quam etiam complecti-

A tur Tullius lib. 3. de Fin. & Simplicius in Epictet. cap. 5. Etſi hic paucis mutatis, aiens *bonum eſſe, quod ſecundum naturam cuiuslibet eſt, quatenus ſuam obtinet perfectionem.* Plotinus quoque Enn. 6. lib. 7. c. 19. cenſet bonum definiendum, *participationem primi boni, quod ex ſe bonum eſt.*

Erit etiam qui aliam quærendam eſſe definitionem, hunc in modum probare contendat: Natura boni per
B id appoſitè declaratur, quod ad eius rationem maximè pertinet, ſed ad rationem boni maximè pertinet, ſe ipſum diffundere & cõmunicare: igitur bonum debuit definiri, id quod ſe diffundit, ſeu quod eſt diffuſiuum ſui. Minor probatur in primis auctoritate D. Dionyſij cap. 4. de diuin. nom. Deinde, quia videmus, quanto aliquid eminentiorem naturæ gradum obtinet; tanto vniuerſaliorem habere ſe communicandi appetitũ,

ſuamque bonitatem latiùs diffundere. Nam imperfecta in peculiare bonum proprij indiuidui duntaxat; perfecta in bonum ſpeciei; perfectiora in bonum generis; Deus autem, cuius eſt infinitè perfecta bonitas, in bonum totius entis fertur. Quare planum videtur, nihil ad boni rationem magis ſpectare, quàm ſeipſum diffundere.

D. Tho. 3. cōt. Gent. c.24. Dur. in 2. d.34. q.3.

ARTICVLVS II.

Approbatur, enodaturq́ue propoſita Boni definitio.

NOn eſt tamen, cur illa antiquorum definitio à nobis reijciatur, quam communi Peripateticæ ſcholæ conſenſio amplexa eſt. Sed ad vberiorem eius intelligentiam ſumendum hic erit, quod alibi fuſiùs exponemus: videlicet, bonum, qua bonum, ex ſua ratione formali (etſi alij ſecus opinentur) ſignificare relationem conuenientiæ: quandoquidem bonum eſt obiectum appetitus; & vnumquodq. eatenus appetitur, quatenus conueniens eſt, vel conueniens putatur. At iſtiuſmodi conuenientiam conſequitur appetibilitas, vt propria affectio, habens ſeſe ad bonum, vt ad colorem viſibilitas. Sicut enim color viſibilitatis fundamentum eſt; ita bonum appetibilitatis. Quare ſi bonum ex ſua formali ratione ſpectetur, definiendum erit id, quod cuique conueniens eſt; ſi verò expendatur ſecundum proprietates, quæ ipſum conſequuntur, quarum vna eſt appetibilitas; rectè deſcribetur id, quod ab omnibus eſt appetibile, ſeu (nam eodem recidit) quod omnia appetunt. Vnde iam liquet, prædictam Boni definitionem aptam idoneamque eſſe: licet non à priori, ſed à poſteriori tradita ſit, vt annotauit D. Thomas.

Lege Cap. in 2. diſt. 34.q.1. ar. 3. ad 2 cōt. 2. concl. Ferrar. 1. cōt. Gent. cap. 37. Caie. 1.p. q.5. art.1.

Quid in propoſita definitione explicetur.

Ceterùm Euſtathius, alijque nonnulli credunt, eam non competere in bonum vniuersè ſumptum; ſed in ſupremum duntaxat ſummumq. bonum, quod eſt Deus. Pro qua ſententia facit, quòd non omnia quoduis bonum particulare appetunt. Non

A enim ignis appetit bonam valetudinem, quam animal; nec animal ſuperum locum, quem ignis. Nobis videtur in primis negandū non eſſe, eam definitionem ſuo modo accommodari poſſe ſummo bono, vt ad eum locum D. Thomas obſeruat. Nam cùm omnibus rebus ingenita ſit inclinatio ad bonum, omnisq. actio in bonum feratur; & omne bonum ſit quædam ſummi boni participatio:

B conſequens eſt, vt omnia, ſaltem virtute & implicitè in ſummum bonum tendant. Quod docet D. Auguſtinus 10. de Trinit. cap. 6. Et Boetius 3. de Conſol. Philoſ. proſa 2. tueturque D. Thomas in 1. ſecundæ, quæſt. 1. art. 6. Et eius ſectatores varijs in locis. Verùm quia ratio illa appetendi implicitè, & virtute, recondita eſt, ac non ita propria, atque adeò definitioni minùs apta; non videtur de illa in-

Capr. in 1.d.1.q.3. ar.1. Caie. 1.p.q.82. art. 2.

C telligenda propoſita definitio. Ac quòd ab Ariſtotele in eum ſenſum nequaquam accepta fuerit, ex eo oſtendi poteſt: quia eodem capite, quo definitionem hanc tradit, explicans, quanam ratione omnia appetant bonum, & quodnam bonum id ſit; docet ex finibus & bonis quæ appetuntur, alia amabiliora eſſe, alia minùs amabilia. Itaque nomine boni quod appetitur, nō ſummum bonum dun-

D taxat, ſed alia etiam peculiaria bona deſignat.

Nec obſtat ratio in contrarium adducta: licèt enim definitio illa ſingulis bonis primò non competat, quia non omnia quodvis particulare bonum appetunt: bono tamen in commune procul dubio conuenit. Hoc enim expetunt omnia, cùm in ſingulis bonis, quæ res quæq. optat, includatur. Ac bonis etiam particu-

E laribus prædicta definitio ſecundaria ratione aptari debet: quia & bona particulatim ſumpta dici queunt appeti ab omnibus, quatenus vnaquæque res appetit ſuum bonum; & bonum cuiuſque eſt id, quod vnumquodque appetit. Quo etiam pacto in 1. Phyſ. Auſc. definitio illa principiorum (*Principia ſunt, quæ nec ex ſeſe, nec alijs, ſed ex ipſis ſunt omnia*) prin-

Quo pacto definitio boni ſingulis bonis accommodetur.

cipijs

Digitized by Google

cipijs particulatim ſumptis accommodatur. Dicuntur enim compoſita naturalia eſſe, id eſt, conſtare aut fieri ex ijs principijs ita acceptis: quia licèt non omnia è quibuslibet indefinitè ſint, vnumquodque tamen eſt ex ſuis.

Perfectũ quid ſit.

Quod attinet ad definitionem à Diogene traditam: *Bonum eſt id, quod natura abſolutum eſt*: dicendum, eam potiùs eſſe definitionem perfecti, quàm boni: ſiquidem id ritè perfectum appellamus, quod qua tale, abſolutum eſt in ſua natura: ſeu, vt alij apertiùs declarant, cui nihil deeſt, vel ſimpliciter, vel in ſuo genere. Itaque bonum & perfectum, etſi apud Theologos, & Philoſophos pro eodem ſæpe vſurpentur; differunt tamen inter ſe: quòd bonum, ſi ſecundùm ſuam propriam formalemq. rationem ſpectetur, ſignificat relationem conuenientis: perfectum verò (intellige vt eſt quid tranſcendens, & vt cum ente reciprocatur) importat negationem defectus, modo antè explicato.

Denique definitio Plotini, & illa alia quæ ex D. Dionyſio colligitur, ita probandæ ſunt, vt ea de qua agimus minimè improbetur. Poteſt enim vna eademque res diuerſa conſideratione, alio & alio modo aptè deſcribi. Illud autem hic obiter aduerte, cùm bonum dicitur diffuſiuum ſui, id ſub quadruplici cauſarum genere intelligi poſſe: ſub genere cauſę finalis, quatenus motione metaphorica allicit appetitum: ſub genere cauſæ efficiētis, quatenus aliud quidpiam efficit; vt lux lucem: ſub genere cauſæ formalis, prout ſeſe alteri tribuit ipſum actuando, & perficiendo; quo pacto forma ſe materiæ communicat. Ad quem etiam modum pertinet ea communicatio, qua in myſterio incarnationis perſonalitas Filij humanitati aſſumptæ diuinitus tributa eſt. Sub genere cauſæ materialis, prout ſe alteri dat, fouendo ſuſtinendove illud: quæ cauſalitas eſt propria materiæ reſpectu formæ; & ſubiecti comparatione accidentium quæ recipit. Vt igitur aliquid dicatur A diffuſiuum ſui, ſat eſt aliquo horum modorum poſſe diffundi.

Quadruplici cauſæ genere bonũ diffuſiuũ ſui.

Quod autem objiciebatur, nos aliquando mala appetere: facilè diluetur ab eo, qui dixerit, ſæpe nos appetere, quæ re ipſa mala ſunt, vt tamen aliquam boni ſpeciem induunt. Vnde Ariſtoteles lib. 2. Phyſ. c. 3. tex. 31. docet, in ijs quæ optamus nihil referre, num ea bona ſint, vel bona appareant. Et cap. 1. lib. 1. Polit. ait, eius, B quod videtur bonum eſſe, gratia omnes omnia agere. Et in li. de Comm. anim. mot. bonum ementitum locum boni tenere.

D. Tho. in 1. 2. q. 8. art. 1. & 1. Eth. lect. 1. Fert. 3. contra Gent. c. 19.

ARTICVLVS III.

Quonam appetitu omnia bonum appetant?

C

IVre hic quiſpiam rogarit, quonam appetitu omnia appetant bonum? Pro quo ſciendum, appetitum aut eſſe innatum, aut elicitum. Appetitus innatus eſt *propenſio ingenita ab auctore naturæ, qua vnumquodque ad id, quod ſibi conueniens eſt, inclinatur*. Hic verò appetitus in tria membra diuiditur: in naturalem, ſenſitiuum, & intellectiuum. Appetitus natura- D lis, eſt *appetitus innatus, quo res abſque vlla notitia inclinatur in id, quod ſibi conueniens eſt*. Atque hoc modo non ſolum appetitus, quo materia expetit formam, eſt appetitus naturalis; ſed etiam vis intelligendi, quatenus eſt inclinatio ad intelligibile: imò & facultas volendi, vt eſt propenſio ad volibile, ſpectata in ſe abſque vlla operatione. Appetitus ſenſitiuus eſt *appetitus innatus, quo res fertur in* E *bonum ſibi conueniens, præeunte notitia ſenſus*. Diſtribuiturque in iraſcibilem & concupiſcibilem: de quibus in progreſſu. Appetitus intellectiuus, eſt *appetitus innatus, quo res appetit bonum ſibi conueniens, præuia notitia intellectus*: qui appetitus nihil eſt aliud, quàm voluntas. Denique appetitus elicitus, eſt *appetendi actus, quo potentia, præeunte cognitione, fertur in ſuum*

Appetitus duplex.

Appetitus elicitus.

obie-

Digitized by Google

obiectum. Huiuſmodi ſunt amor, A ſpes, deſiderium, aliæque id genus affectiones animæ, quibus in res ab intellectu aut ſenſu propoſitas incitamur.

Reſpōſio ad propoſitam dub. Hinc facile iam erit propoſitæ dubitationi occurrere: videlicet appetitum, quo omnia bonum appetunt, eſſe indiſcriminatim quemlibet ex ijs appetitibus, quos recenſuimus. Vt enim ex ipſorum definitione conſtat, omnes in bonum feruntur; B et ſi nec eodem pacto omnes, nec in cunctis rebus omnes inſint. Nam ea quæ cognitione carent, appetitum naturalem duntaxat ſortita ſunt; bruta naturalem & ſenſitiuum; homines naturalem, ſenſitiuum, & intellectiuum.

Obiectio. Erit tamen qui ita obijciat: Appetitus ſenſitiuus ſuapte natura eſt propenſus ad malum: ergo non omnis appetitus eſt inclinatio ad bonum. C Probatur antecedens, primùm ex illis verbis Geneſ. 8. *Senſus hominis ab adoleſcentia ſua proni ſunt ad malum.* Quæ verba potiſſimum de appetitu ſenſitiuo intelliguntur. Deinde, quia Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. docet, concupiſcentiam (quæ eſt appetitus ſenſitiuus) interdum vocari ab Apoſtolo peccatum, quia à peccato eſt, & ad peccatum inclinat: vnde & fomes peccati dici conſueuit. D

Dilutio. Huic obiectioni occurrendum eſt: appetitum ſenſitiuum dici inclinari ad malum, quia cum feratur in bonum iucundum vt in proprium obiectum, plerumque accidit, vt quod ei iucundum, & delectabile eſt, rectæ rationi, & legi diuinæ aduerſetur. Quo ſpectat illud D. Pauli ad Gal. 5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.* E At quamuis appetitus in iſtiuſmodi malum, hoc eſt, in id quod à recta ratione alienum eſt, tendat, ideoque peccatum & fomes peccati vocetur, vt Concilium Tridentinum explicat; haud propterea ferri deſinit in bonum naturæ ſuæ conueniens: ſicque adhuc ratum manet, appetitum eſſe inclinationem ad bonum, accepta latè boni appellatione; ſiue id à recta ratione deflectat, ſiue non.

QVÆSTIO II.

Vtrum omnis appetitio feratur in bonum?

ARTICVLVS I.

Quibus argumentis pars negatiua oſtendi videatur.

IN hac diſceptatione ad negantem partem deflexere Gabriel in 2. d. 6. q. 1. Ochamus in 3. diſt. & q. 13. ad dub. 3. Angeſtus Moral. capit. 2. alijque nonnulli, aſſerentes, poſſe voluntatem appetere malum quà malum, & repudiare bonum quà bonum. Aiunt enim bonum bifariam vſurpari; vno modo, prout diſtribuitur in honeſtum, vtile, & delectabile; altero, quatenus idem eſt atque volibile: ſimiliterque malum vel ſumi, vt diuiditur in turpe, inutile, & moleſtum; vel vt idem eſt ac nolibile. Tum ſtatuunt, voluntatem nihil poſſe appetere, niſi ſub ratione boni poſteriori modo; poſſe tamen velle aliquid, non ſub ratione boni ſecundum priorem ſenſum: ſimiliterque nihil poſſe nolle niſi ſub ratione mali ſecundo modo; poſſe tamen aliquid nolle, non ſub ratione mali primo modo.

Probant verò ſuam ſententiam hiſce potiſſimum argumentis. 1.argum. Ita ſe habet bonum ad appetitum, ſicuti verum ad intellectum: ſed intellectus poteſt intelligere falſum ſub ratione falſi: ergo & voluntas poteſt appetere malū ſub ratione mali. 2.argum. Secundò: voluntas eſt libera: ergo ſi hac in re experiri libertatem velit, nihil obſtabit, quò minus arbitratu ſuo aliquod malum, quà malum, optet. 3.argum. Tertiò: qui æternis Inferorū ſupplicijs puniuntur, habent voluntatem ad malum obfirmatam, voluntq. flagitia, propterea quòd ſciant illa Deo diſpli-

diſpli-

diſplicere: quin etiã in hoc vitæ ſtatu, qui alios oderunt, optant eis mortem, dedecus, aliaque eiuſmodi, quia mala ſunt: igitur voluntas appetit malum, quà malum.

ARTICVLVS II.

Concluditur pars affirmatiua: diluunturque aduerſariorum argumenta.

ASſerendum tamen eſt, omnem appetitionem tendere in bonum: vt docet Ariſtoteles lib. 8. Ethic c.2. lib. 1. de Repub. c. 1. lib. 3. de Anima. cap. 10. lib. 6. Top. cap. 4. D. Dionyſius 4. cap. de diuin. nomin. D. Thom. in 1.2. quæſt. 8. artic. 1. Durandus in 1. diſt. 46. q. 2. Marſilius in 2. q. 16. art 5. Buridanus 3. Ethic. q. 5. & alij. 1. ratio. Probaturque ex eo: quia bonum eſt obiectum appetitus: nulla verò potentia fertur niſi in ſuum obiectũ. Secunda. Secundò: quia quò vnumquodque melius eſt, eò magis ad ſui amorem allicit: id autem planè indicat bonitatem eſſe, quæ in qualibet re appetitum ad ſe rapit. Itaq; licet obiectum formale voluntatis ſit volibile, ſicuti obiectum formale viſus eſt viſibile; tamen bonum, vt diuiditur in honeſtum, vtile & iucundum, non minus latè patet, quàm volibile ſiue appetibile. Vnde abſolutè pronunciandũ eſt, voluntatẽ nihil poſſe velle, quod non aliquam rationem boni, ſeu veram, ſeu adumbratam obtineat.

Sol. 1. arg. aduerſæ partis. Ad primum argumentum eorum, quæ pro contraria parte attulimus, dicendum erit: ita ſe habere appetitum ad bonum, vt intellectus ad verum, quatenus ſicuti intellectus non aſſentitur, niſi ei quod ipſi tanquam verum offertur; nec diſſenſum exhibet, niſi ei quod ipſi repræſentatur tanquam falſum: ita voluntas non amplectitur, niſi id quod ei tanquam bonum obijcitur; nec repudiat, niſi id quod ipſi proponitur ſub ſpecie mali.

Sol. 2. Ad ſecundum, cõceſſo antecedente negetur conſecutio: non enim ad libertatẽ voluntatis ſpectat, vt poſſit in malum, quà malum eſt, tendere; alioqui poſſet vagari extra metas ſui obiecti.

Quia tamen ſuam experiri libertatem, habet rationem boni iucundi, non negamus, poſſe quempiam velle aliquod malum ſub ea notione: ſed hoc nõ eſt velle malum, quà malum; ſed vt apparet bonum, ſeu prout ob experientiam libertatis delectabile ſit.

B Ad tertium reſpondendum: damnatos velle flagitia & diſplicentiam Numinis diuini, ſub aliqua tamen adumbratione boni: non quidem honeſti, cum omnem honeſtatis amorem depoſuerint; ſed vt quidpiam ſibi conueniens, ad explendam iram & odium in Deum, a quo puniuntur. Quod ſimiliter dicendum de ijs qui alijs mala optant: nimirum optare illa, tanquam media ad capiendam vindictam, aliumvè eiuſmodi finem obtinendum, à quo tale obiectum aliquam boni ſimilitudinem mutuatur. Sol. 3.

QVÆSTIO III.

De diuiſione Boni in communi.

D

ARTICVLVS I.

Varia bonorum diuiſiones.

QVænam res eſſent in bonis numerandæ, & quæ bona quibus excellerent, magna fuit in ſcholis Philoſophorum concertatio: vt conſtat ex ijs, quæ tradidit D. Aug. lib. 9. de Ciu. Dei, c. 4. Cicero in lib. de Fin. & 1. Acad. quæſt. Seneca in lib. qui inſcribitur. Quòd in ſapientem non cadat iniuria.

Sed omiſſis nunc eiuſmodi cõtrouerſijs, aliquot bonorum diuiſiones, quæ celebriores ſunt, in medium afferemus. Plato 1. de Leg. diſtribuit bona, in diuina & humana. Bona diuina dixit eſſe, prouidentiam, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem: humana, valetudinem, formam, robur,

Digitized by Google

bur, diuitias. Ariſtoteles 1. Ethic. ca. 6. bonum diffundit in decem Categorias: ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, &c. Idem lib 1. magn. Moral. c. 3. & 1. Rhet. ad Theodect. c. 5. poſt Platonem li. 3. de Leg. docet, bonorũ alia eſſe bona animi; vt virtutes: alia corporis; vt vires, ſanitatẽ alia exteriora; vt diuitias, famam, honorem, dominatum. Quam diſtributionem tam Peripatetici, quàm Academici veteres celebrarunt.

D. Auguſtinus lib. 2. de libero arbit. c. 19. & in lib. de cognit. veræ vitæ, c. 7. quadripartitã inculcat bonorum varietatem, ſecundùm quatuor gradus rerum; nimirum exiſtentium, viuentium, ſenſibilium, & intelligẽtium. Idem ſuper Pſal. 134. diſtribuit bonum, in bonum, quod per ſeipſum bonum eſt; & in bonum, quod ab alio eſt bonum: hoc eſt, in bonum per ſuam eſſentiam, & bonum participatione. Eſt autẽ ſolus Deus bonus per ſuam eſſentiam (quomodo Patres interpretantur illud Chriſti Domini, Lucæ 18. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.*) Tum quia ſolus Deus ex ſua eſſentia independenter à quolibet alio bonitatem habet: tum quia omnis diuina perfectio tam moralis, quàm naturalis, & denique omnis formalis perfectio in Deo exiſtens, vt potentia, ſapientia, iuſtitia, eſt ipſa diuina eſſentia. Quod nulli creaturæ cõuenit: nec enim, verbi gratia, virtus aut ſapientia Angeli vel hominis, ipſe Angelus aut homo ſunt.

Alij ita diuidunt bonum, vt quædam ſunt maxima, alia media, alia infima vt maxima ſint virtutes, quibus rectè viuitur; media, animæ facultates, ſine quibus vt nec viuere, ita nec rectè viuere quiſquam poteſt; infima, bona corporis, & fortuita temporariaque omnia.

ARTICVLVS II.

Diſtributio Boni in Honeſtum, Vtile, & Iucundum.

PRæter ſuperiores diuiſiones alia quoque eſt, quam aſſerunt Ari-

A ſtoteles lib. 2. Ethic. cap. 3. D. Ambroſius in lib. de Offic. cap. 9. Tullius 5. Tuſc. quæſt. alijque auctores communi conſenſu; nempè in bonum honeſtum, vtile, & iucũdum ſiue delectabile: cuius partitionis ratio explicatur à D. Thoma 1. par. q. 5. art. 6. in hũc ferè modum: Vnumquodque dicitur bonum prout appetibile eſt, & vt terminat motum, ſeu quaſi motum facultatis appetentis. Motus autem terminatur ſimpliciter quidem ad vltimum; ſecundùm quid verò ad medium, quo ad vltimum itur: & vltimum quidẽ, vel ſe habet vt res quæ per ſe appetitur, vel vt quies in re adepta. Neceſſe ergo eſt bonum trifariam dici: nimirum id in quod tendit appetitus, tanquam in rem per ſe deſideratam, vocaturque bonum honeſtum: & id ad quod fertur, tanquã ad medium quo quidpiam aſſequatur, quod dicitur vtile: & id quod terminat motum, vt quies ſiue delectatio, quæ capitur poſt adeptionem rei, quod nuncupatur bonum iucundum. Fit tamen interdum, vt vna eademque res, diuerſa conſideratione, honeſta ſit, vtilis, & delectabilis: vt dilectio Dei, quę in ſe actio quędam honeſta eſt, & ad beatam vitam conſequendam vtilis, & cum animi voluptate delectationeque exercetur.

Ratio propoſ. diuiſionis.

Eſt autem prædicta diuiſio, vt aduertit loco citat. D. Thomas, non vniuoci, ſed analogi, quod à ſuis membris inæquabiliter participatur. Primò enim dicitur de honeſto, ſecundò de delectabili, tertiò de vtili: quia honeſtum appetitur propter ſe, vtile, propter honeſtum, delectabile verò poſſeſſionem rei comitatur. Lege etiam M. Albertum 1. part. ſum. tract. 6. quæ. 26. mem. 1. Capreolum in 1. d. 3. art. 1. in ſolut. argum.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA.

DE FINE.

QVÆSTIO I.

Vtrum Finis, & Bonum idem ſint?

ARTICVLVS I.

Quæſtionis in vtramque partem diſputatio.

POſt tractationem Boni, ſequitur vt de Fine diſputemus. Ac primum negatiua pars controuerſiæ ex eo oſtenditur: quia bonum, quà bonum, ſignificat relationem conuenientię; at finis, quà finis, importat relationem cauſæ finalis: Vnde & bonum definitur id, quod conueniens eſt: finis verò id, cuius gratia cetera fiunt.

Ratio boni & finis.

Secundò, quia bonitas diuina, comparatione actus diuini amoris, non habet rationem finis: alioqui diuina bonitas exerceret cauſalitatem aliquam erga diuinum actum, ſicq. in Deo aliquid eſſet cauſatum; quod nefas eſt dicere. Quare aliquid bonum eſt reſpectu alicuius, quod reſpectu illius non eſt finis.

E contrario, quòd finis & bonum idem ſint, poteſt ſuaderi primùm, quia id ſupponitur ab Ariſtotele lib. 2. Phyſ. c. 3. text. 31. & 1. Eth. c. 1. Deinde, quia cùm bonum ſit quod omnia appetunt, neceſſe eſt omne bonum habere vim ad alliciendum appetitum: at quidquid appetitum allicit, vendicat rationem finis; quia finis cauſalitas, vt in 2. Phyſic. auſc. lib. oſtendimus, conſiſtit in motione A illa metaphorica, qua appetitus mouetur.

ARTICVLVS II.

Solutio quæſtionis, & argumentorum explicatio.

ADuertendum, bifariam quæri poſſe, vtrum Bonum & Finis idem ſint? nimirum vel formaliter, B ita vt ratio formalis vtriuſque eadem ſit: vel quo ad fundamenti reciprocationem, ita vt nihil ſit bonum, quod non etiam rationem finis ſortiatur, & contrà: deinde hoc poſteriori modo, vel ſumi actu, ita vt quidquid eſt actu bonum, ſit actu finis; & è conuerſo: vel poteſtate, vt omne bonum ſit finis actu, vel potentia. Rurſus vel accipi comparatione creaturarum duntaxat, vel C etiam comparatione Dei. Quibus poſitis triplici aſſertione reſpondemus. Prima ſit: Bonum & Finis formaliter non ſunt idem. Hanc probat prima ratio ſuperioris articuli: eandemque in eo ſenſu aſtruximus in Phyſicis loco cit.

Secunda aſſertio: Bonum & Finis, quocumque modo ſumantur, non ſunt idem quo ad fundamenti reciprocationem reſpectu Dei, ſi D ſermo ſit de actionibus diuinis internis. Hanc demonſtrat ſecunda ratio eiuſdem articuli. Reſtrinximus autem aſſertionem ad actiones internas Dei: quia externæ ſunt propter finem, quatenus Deus vnum opus propter aliud efficit: vt incarnationem Verbi diuini propter hominum ſalutem; & omnia propter ſe, iuxta illud Prouerb. 16. 2. aſſertio.

Vni-

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.

3 aſſertio. Tertia aſſertio: Bonum actu & finis actu, comparatione creaturarum non idem ſunt quo ad reciprocationem: ſunt tamen aliquo modo idem, ſi ſecundùm poteſtatem ſumantur. Prior pars huius ex eo oſtenditur: quia licèt omne, quod eſt actu finis rei creatæ, ſit actu bonum (ſiquidem nihil mouet translatitia illa motione, de qua paulò antè diximus, niſi quod bonum & cõueniens eſt; vt conſtat ex ijs, quæ ſuperiùs diſputata ſunt:) non tamen quidquid eſt actu bonum, eſt etiam actu finis; vt patet tum alijs exemplis, tum in auro, quod ab eius cõemptore minimè procuratur aut appetitur: atque ita reſpectu illius non habet rationem finis, etſi in ſe actu bonum quidpiam ſit. Poſterior pars eiuſdem aſſertionis inde conſtat: quia quidquid poteſt reddi bonum, & conueniens reſpectu alicuius, etſi tunc comparatione illius nõ ſit actu bonum & conueniens, poteſt ſuapte natura ab eo appeti, habereque rationem finis reſpectu illius; & è conuerſo, quidquid poteſt ab aliquo expeti, & obtinere rationem finis comparatione alicuius, poteſt eſſe eidem bonum, & conueniens, vel ſaltem vt tale apprehendi.

Quare ad primum ſuperioris articuli argumentum non eſt cur reſpondeamus, cùm probet primam aſſertionem: nec ad ſecundum, cùm

Sol. argu. 3. artic. 1. probet ſecundam. Ad tertium, quod ad priorem eius partem attinet, dicimus: nihil aliud velle Ariſtotelem locis citatis, quàm finem & bonum eſſe idem fundamento (intellige cum ea moderatione, quam ſuprà attulimus:) hoc eſt, vnam eandemque ſanitatem, & eſſe bonum & finem, diuerſa tamen conſideratione. Ad reliquam partem eiuſdem argumenti reſpondendũ eſt: etſi quodlibet bonum ad aliquem appetitum alliciendum vim habeat, cùm neceſſariò ſit conueniens alicui; non tamen oportere, ſicuti monuimus, quodlibet bonum actu exercere eam allectionem, in qua actualis cauſalitas finis conſiſtit.

QVÆSTIO II.

Vtrum omni ac ſoli naturæ intellectuali conueniat, agere propter finem?

ARTICVLVS I.

Argumenta partis negatiuæ.

IN primis quòd non omni naturæ intellectuali cõpetat agere propter finem, videtur facilè concludi poſſe. 1. arg. Primùm, quia homines multa agunt citra delectum, quę proinde non faciunt gratia finis alicuius. 2 Secundò, quia cognitio intuitiua diuinæ eſſentiæ non eſt propter finem, cùm ſit ipſe vltimus finis creaturæ intellectualis: vt docet D. Auguſtinus 11. de Trinit. ca. 6. aiens voluntatem videndi Deum habere pro fine ipſam viſionem. 3 Tertiò, quia ſi omnis humana operatio eſſet propter finem, nulla eſſet actio humana otioſa: liquidem otioſum eſt id, quod fine caret: cùm tamen & verba & opera otioſa multa eſſe negari non poſſit. 4

Deinde, quòd non ſola intellectualis natura agat propter finem, oſtenditur, quia Ariſtoteles lib. 2. Phyſ. communi Philoſophorum aſſenſu docet, multiſque argumentis confirmat, totam naturam corporeã gratia finis operari.

ARTICVLVS II.

Enodatio controuerſiæ.

DVplici concluſione hæc quæſtio explicanda eſt. 1. concl. Prima ſit: Si agere propter finem abſolutè ſumatur, omnia agentia agunt propter finẽ. Probatur. Quia omnia agentia, dum operantur, intendunt aliquod bonum,

bonum, ad quod vel ſe ipſa dirigunt, vel ab auctore naturæ diriguntur: operari autem hoc modo, eſt propter finem operari. Secundò, quia cum multæ cauſæ ſunt inter ſe eſſentialiter ſubordinatæ, ſublata cauſalitate primæ, neceſſe eſt aliarum etiam cauſalitates tolli: finis verò eſt omnium cauſarum prima, cui aliæ cauſæ eſſentialiter ſubordinantur; vt conſtat ex ijs, quæ in 2. Phyſic. lib. diſſeruimus: quare niſi finis moueat, nulla erit efficientis cauſæ motio, aut operatio. Vnde ſequitur, omnes agentium actiones eſſe propter finem.

2.concl. Secunda cõcluſio: Agere propter finem, dirigendo ſeſe ad illum, proprium eſt intellectualis naturæ. Hæc ex eo patet, quia ſe ipſum dirigere, eſt eius naturæ, quæ delectu, & arbitratu ſuo agit: quod ijs omnibus ac ſolis conuenit, quæ intelligendi & appetendi vi prædita ſunt. Vnde ceteræ res dicuntur tendere in finem ab alio directæ: ſiue ferantur in ipſum aliqua notitia præeunte, vt belluæ; ſiue nulla, vt arbores & elementa. Tendunt autem hæc in finem impulſa à motore primo, id eſt, à Deo, eo modo quo ſagitta fertur in ſcopũ à iaculatore directa. Vt enim ſagitta ad ſcopum attingendum impetum recipit ab eo, à quo mittitur: ita agentia naturalia conſequuntur propenſionem ad ſuos fines à Deo, à quo formas & virtutem ad proprios motus obeundos ſortiuntur. Vnde opus naturæ, dicitur opus intelligentiæ. Significatur autem prædicta inclinatio in diuinis litteris nomine ponderis, cum dicitur Sap. 11. Deum diſpoſuiſſe *omnia in pondere*: vt explicat D. Auguſtinus lib 4. in Geneſ. cap. 3. Quò ſpectat illud eiuſdem Auguſtini 13. Confeſ. c. 9. *Amor meus pondus meum: illo feror quocunque feror.*

Vt res cognitione carẽtes in finem tendant.

Sol.1.arg. Ad primum verò argumentum eorum, quibus oſtendi videbatur, naturæ intellectiuæ non competere propter finem agere, dicendum: in primis id non ita conuenire tali naturæ, quaſi illa ſeſe dirigat ad omnes

A ſuas operationes; cum planum ſit, multos actus, tam internos, quàm externos, citra omnem deliberationem à nobis exerceri: eſt ergo id intelligendum de actibus deliberatis. Verum etiam ij, qui liberi non ſunt, aliquod bonum & finem ſpectant: licet non ſoleant appellari actus humani, quòd non ſint in hominis poteſtate, nec ab eo liberè adminiſtrentur.

B Ad ſecundum: duplicem eſſe finẽ, nempe obiectiuum & formalem. Obiectiuus eſt res quæ poſſidetur: formalis eſt actio qua poſſidetur. Ad argumentum igitur dicendum: cognitionem intuitiuam diuinæ naturæ, ſiue beatificam viſionem, eſſe finem formalem: Deum verò, circa quẽ verſatur, eſſe finem obiectiuum. Nihil autem obſtare, quò minus eadem actio dicatur finis formalis, & tamen C ſit propter finem obiectiuum, quatenus per eam finis obiectiuus immediatè attingitur: quo modo ſe habet beatifica viſio. Sol.2.

Ad tertium: non dici verba aut opera otioſa, quòd nullum omnino finem ſpectent; ſed quòd careant fine conuenienti, qui eis proximè apponi deberet. Sol.3.

Ad aliud quid reſpondendum ſit, patet ex dictis.

D

QVAESTIO III.

Sitne aliquis vltimus finis humanarum actionum, annon?

ARTICVLVS I.

Diſſolutio quæſtionis.

E IN hac controuerſia ſit prima concluſio: In quolibet genere humanarum actionum dandus eſt aliquis finis vltimus: Hæc traditur ab Ariſtotele 1. Poſt. c. 3. & lib. 7. Phyſ. c. 3. & lib. 8. cap. 5. & lib. 2. Metaph. cap. 2. & 1. Eth. cap. 7. Probaturque ex eo: quia ſicut in mouentibus per ſe ordinarijs, quorum ſcilicet vnum pen- 1.concl.

Digitized by Google

pendet ab alio in cauſando, non poteſt dari progreſſus in infinitum; ſed neceſſariò deueniendum eſt ad aliquod primum, alioqui non eſſet motus: ita in finibus conſiſtendum eſt in aliquo vltimo, quod ſit primum mouens finaliter, in quo appetitus conquieſcat; aliter nulla eſſet appetitio.

Neceſsariò dari primũ medium.

Hinc colligit D. Thomas in 1.2.q.1. art. 4. neceſſario quoque dandum eſſe aliquod medium primum. Nam ſicut intentio debet figi in aliquo fine vltimo, à quo voluntas incipiat moueri: ita dandum eſt aliquod medium primum, vnde incipiat executio, alioqui nunquam incipiet. v.g. aduocat Medicũ ægrotus, vt venam tentet & potionem præſcribat: potionem ab eo pręſcriptam accipit, vt corpus extenuet: corpus extenuat; vt ſanitatem conſequatur. Vt igitur in hoc progreſſu appetitio ęgroti terminatur in ſanitatē, & à vocatione Medici executionem orditur; atque ijs demptis, nihil ægrotus circa ſanitatem comparandam molíretur: ita in ceteris quoque appetitionibus idem eueniet.

2. concl.

Secunda concluſio ſit: Omnis appetitio tendit in vltimum finem, & in ſummum bonum. Hæc aſſeritur ab Ariſtot. 1. Eth. cap. 7. vbi ait, omnia quæ à nobis expetuntur, ob felicitatem expeti. Eſt etiam D. Auguſtini 10. de Trinit. capit. 6. & lib. 13. eiuſdem operis capit. 5. & Boetij 3. de conſ. philoſ. proſa 2. D. Thomæ cum Mag. Sent. in 4. diſt. 49. q. 1 artic. 5. q. 1. & 3. contra gentes à capit. 7. Suadetur autem ex eo, quia quidquid appetitur, non niſi ſub ratione boni alicuius appetitur; vel ergo eiuſmodi bonum eſt omnino perfectum, atque ita eſt vltimus finis; vel non eſt perfectum omnino, ſicque appetitur in ordine ad perfectum: (ſemper enim inchoatio alicuius ad perfectionem ipſius ordinatur) patet autem, imperfectum tam in naturalibus, quàm in arte factis eſſe inchoationem perfecti. Quocirca D. Auguſt. 13. de Trin. capit. 3. cum dixiſſet omnes homines velle eſſe beatos, & nolle eſſe miſeros, ſubdidit: *quicquid aliud quiſquam latenter velit, ab hac voluntate, quæ omnibus ſatis nota eſt, non recedit.*

Secundò, confirmatur eadem concluſio, quia ita ſe habet vltimus finis in mouēdo appetitum, ſicuti in alijs motibus primum mouens. Vt ergo cauſę ſecundę non mouent aut quicquam agunt, niſi concurrente ac mouente prima; ita creata & ſecundaria appetibilia non mouebunt, niſi mouente fine vltimo.

ARTICVLVS II.

Obiecta, earumque ſolutio.

SVnt tamen contra ſuperiores concluſiones argumenta. Contra primam hæc: Non repugnat dari progreſſum infinitum in finibus: ergo non neceſſe eſt dari aliquem finem vltimum. Antecedēs probatur: quia auarus, qui finem ſtatuit in diuitijs, nunquam ijs ſatiatur; ſed alias atque alias in infinitum deſiderat: iuxta illud Solonis apud Ariſt. 1. Polit. cap. 5.

Obiect. 1.

Finis opum poſitus non eſt mortalibus vllus.

Igitur non datur in rebus appetēdis terminus, in quo appetitus conſiſtat. Præterea, in numeris datur ſubordinatio eſſentialis, cum in ijs inueniatur per ſe ordo prioris & poſterioris: nam ternarius ſequitur per ſe binarium, & ternarium quaternarius, ſicque in infinitum: ergo non repugnat, in finibus etiam ſubordinatis infinitudinem reperiri.

Obiect. 2.

Deinde contra ſecundam concluſionem hunc in modum obijcitur. Multi dum agunt nihil de ſummo bono cogitant; multi etiam beatitudinē conſtituerunt in diuitijs & voluptatibus, & ad hũc finem ſuas collimarunt actiones: igitur non quicquid ab his appetitur, propter ſummum bonum appetitur.

Dilut. 1. obiect.

Ad primum horum concedendum eſt, quod eo probatur: videlicet vt in cauſis efficientibus, ita & in finibus non eſſentialiter ſubordinatis,

Digitized by Google

natis, id eſt, quæ ita ſe habent, vt actualis motio vnius ab actuali motione alterius non dependeat, haud incommodum eſſe, dari progreſsum infinitum. Ex quo tamen non ſequitur, illam appetitionum infinitatem non tendere in ſummum bonum, quatenus bona particularia, in quæ fertur, ſunt participationes ſummi boni. Item ad id, quod de numeris obijciebatur, dicimus: numeros non creſcere in infinitum, niſi procedendo à minoribus ad maiores: at minores non pendere à maioribus, ſed cô-
A trà; nô enim binarius à ternario, ſed ternarius à binario dependet: quo fit, vt in numerorum dependentia non detur progreſſus infinitus.

Dilut. 2.

Ad aliud, quo ſecunda concluſio oppugnabatur, reſpondendum quod iam ex dictis patet: videlicet, vt quis in ſummum bonum tendat, nô opus eſſe de eo cogitare, vel ad ipſum actiones ſuas actu explicitò dirigere; ſed ſat eſſe, appetere aliquid bonum, vel quod boni ſpeciem habeat, cùm id omne neceſſariò ſummum bonum aliquo modo participet.

DISPVTATIO TERTIA.

DE FELICITATE.

QVAESTIO I.

Vtrum felicitas conſiſtat in bonis externis?

ARTICVLVS I.

Quæ argumenta oſtendere videantur, in ijs conſiſtere.

IN hac diſceptatione ſciendum in primis, *beatitudinem nihil aliud*
C *eſſe quàm ſummum hominis bonum.* Quod à Boetio 3. de conſ. Prof. 2. definitur, *ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.* & à Tullio 3. Tuſc. quæſt. *ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.* De nulla autem re apud Philoſophos tanta dogmatum varietate certatum fuit, vt de hominis felicitate: de qua Ariſtoteles 1. & 10. Eth. Lactantius lib. 3. diu. Inſt. D. Ambroſius lib. 2. de Offic. Clemens 2. Strom. Euſebius lib. 11. de Præpar. Euang. cap. 20. D. Auguſt. 13. de Tri-
B nit. cap. 4. & 19. de Ciuit. Dei, cap. 1. vbi ait, M. Varronem collegiſſe 288. ſententias, quæ eſse poterant Philoſophorum de Beatitudine.

Boet. li. 2. de conſol. Phil.
D. Th. 1. 2. quæſt. 2. & lib. 3. côtra Gêt. à c. 25
Tull. in li. de Fin. & in q. Tuſc.
Sen. in lib. de Vita B.
Ethic.

Quoniam inter omnes conſtat, felicitatem hominis bonum eſse; diſquirendû occurrit, in quonam bono ea conſiſtat. Cùm verò bonorum, vti ſuperiùs diximus, tria ſint genera: bona externa, bona corporis, bona animi: hæc tria ad controuerſiam dijudicâdam breuirer percurremus.
C Sunt autem externa bona potiſſimùm diuitiæ, poteſtas, honor, gloria. Ex quibus poſteriora duo eo inter ſe differunt: quòd honor ſit reuerentia, quæ alicui exhibetur in teſtimoniû virtutis, aut alterius excellentię, quę in illo eſt: gloria verò, vt D. Auguſtin. lib. 83. q. q. 31. ait: *eſt clara cum laude notitia.* Vel, vt definit Tullius in lib. de Inuent. *eſt frequens de aliquo fama cum laude.*

In primis ergo, quòd felicitas, hoc eſt, ſummum hominis bonum, ſit in opibus & diuitiarum affluentia,

videtur poſſe oſtendi. Nam felicitas
1. argum. eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: qui ſtatus diuitijs maximè obtinetur; ſiquidem, vt 5. Eth. cap 5. Ariſtoteles, docet, omnia pecunijs poſſidentur: & vt dicitur Eccleſiaſtæ 10. *Pecuniæ obediunt omnia.*

2. argum. Secundò, quòd ſit in poteſtate & dominatu, ſuadetur. Nam felicitas in eo conſiſtit, quo homines ad Dei ſimilitudinem propiùs accedunt: quod certè interuentu poteſtatis ac regiminis aſſequuntur: vnde ij, qui alijs præſunt, in diuinis litteris Dij, vocantur. Exod. 13. *Dijs non detrahes.*

3. argum. Tertiò, quòd in gloria ſiue in honore ſita ſit, oſtenditur. Nam in nos eſſe videtur, quod ab hominibus ardentiùs expetitur: eiuſmodi verò eſt gloria ſiue honor; vt teſtatur * Cicero: *Trahimur*, inquit, *omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maximè gloria ducitur.* Eſt etiam eiuſdem rei argumentum, quòd nullius boni iacturã tam iniquo animo patiuntur homines quàm honoris & gloriæ.

* Pro Archia.

ARTICVLVS II.

Negatiuam partem quæſtionis veram eſſe.

PRo quadripartita illa varietate externorum bonorum, quatuor concluſiones ſtatuemus. Prima ſit:
1. concluſ. Felicitas non conſiſtit in diuitijs. Probatur primùm: quia ſummũ hominis bonum non ſubiacet fortunæ; ſiquidem bona fortuita, cuiuſmodi ſunt diuitiæ, abſque ſtudio rationis obueniunt; ſummum verò hominis bonum par eſt, vt non niſi per rationem, quæ in homine potiorem locum obtinet, adipiſcatur. Item, quia, vt docet Ariſtoteles 1. Polit. capit 6. diutiarum duo ſunt genera: quædam naturales, quæ videlicet à natura nobis ad vſum tribuuntur; vt plantæ, iumenta, prædia: quædam artificiales; vt pecunia, quam ars humana ob facilitatem ad permutationes faciendas inuenit: eſt enim nummus aliorum bonorum fortunæ tanquam cõmunis menſura. Quòd verò in nul-

A lo horum felicitas ſit poſita, oſtenditur: quia diuitiæ naturales non comparantur ſui gratia, ſed ad ſuſtentandam vitam; atque ita non ſunt vltimus finis: multò minùs autem artificiales, quæ propter naturales quærnntur. Tertiò: id, in quo diſtribuendo maius eſt bonum quàm in poſſidendo, non poteſt eſſe ſummum bonum, ſiquidem hoc tale eſſe oportet, vt poſſeſſorem beatum red-
B dat: atqui maius bonum eſt in diſtribuendis, quàm in poſſidendis diuitijs: ergo, &c.

Secunda concluſio: Felicitas non conſiſtit in potentia. Probatur: quia potentia humana inſtabilis eſt, nec hominis voluntati ſubiacet; & tam bonis, quàm malis obuenit. Præterea, poteſt quiuis ea in vtramque partem bene & malè vti. Item, potentiam & imperium comitatur o-
C dium, & timor. Quo pertinet vulgatum illud: *Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.* & illud Senecæ: *Simul iſta poſuit conditor mundi Deus, odium, & regnum.* Cùm ergo oporteat fecilitatem ab hiſce malis, & incommodis liberam, & ex omni parte innoxiam eſſe, patet, non debere illam in potentia & dominatu collocari. 2. concluſ.

Tertia concluſio: Felicitas non cõ 3. concluſ.
D ſiſtit in honore. Probatur: quia, vt diſputat Ariſtoteles 1. Eth. cap. 5. beatitudo debet eſſe in beato: honor verò eſt in eo, qui honorem exhibet, non cui exhibetur. Item, quia honor impenditur ob aliquam excellentiam, eſtque illius quaſi teſtimonium: hominis autem excellentia & dignitas in ipſa eius beatitudine maximè cõtinetur: quo fit, vt poſſit quidem honos beatitudinem conſequi,
E non tamen ipſam beatitudinis rationem in ſe formaliter includere.

De honore Plato 5. de Legib. Ariſtot. 1. Eth. 12. & 1. Reth. capit. 5.

Quarta concluſio: Felicitas non conſiſtit in gloria ſeu fama. Probatur: Nam felicitas eſt ſolidum, verumque bonum: ſæpè autem contingit, gloriam & famam fucatam eſſe, ac falſis populi rumoribus collectã; cùm ſæpè homines decipiantur, & arbitratu ſuo quæ volunt in vtram- 4. concluſ.

que

Digitized by Google

que partem de alijs prædicent. Item, quia gloria reddit homines elatos & inſolentes: quò pertinet illud Senecæ: *Qui vixit notus omnibus, moritur ignotus ſibi.*

ARTICVLVS III.

Solutio argumentorum primi articuli.

Dilut. 1. ARgumenta primi articuli hunc in modum ſoluenda ſunt. Ad primum dicendum: omnia pecunia poſſideri, eidemque obedire, omnia, inquam, non ſimpliciter, vt planum eſt, ſed omnia venalia, quatenus ea omnia pecunia comparantur: tum etiam, quia pleríque diuitibus obtemperant, & ad eorum ſe nutus effingunt.

Dilut. 2. Ad ſecundum reſpondendum: etſi dominatu fiant homines admodũ ſimiles Deo; aliud tamen eſſe, quo ad Dei ſimilitudinem propiùs & excellentiori modo accedant, nimirum eam contemplationem, in qua, vt progreſſu dicemus, hominis felicitas conſiſtit.

Dilut. 3. Ad tertium: vehementius eſſe contemplationis deſiderium, in qua ſita eſt felicitas, quam honoris cupiditatem. Nec obſtare, quòd multi tam grauiter ferant honoris iacturam, vt eam etiam aliorum bonorum, quę ad animum pertinent, amiſſione pluris faciant: id enim ex deprauato affectu & ambitionis ſtudio prouenit.

QVÆSTIO II.

Vtrum felicitas conſiſtat in bonis corporis?

ARTICVLVS I.

Argumenta pro parte affirmatiua.

BOna corporis potiſſimùm ſunt voluptates ſenſuum: valetudo

1. argum. pulchritudo, robur. Quòd in his fe-

A licitas ſit collocata, hæc argumenta videntur oſtendere: Felicitas eſt in eo, quod propter ſeipſum expetitur: ſed ita ſe habet volupas; vt teſtatur Ariſtoteles 10. Eth. cap. 2. aiens, ridiculum eſſe ab aliquo quærere, cur delectari velit. Igitur felicitas eſt in voluptate. Corroboraturque argumentum: quia, vt ſumma miſeria in doloribus, ita ſumma beatitudo in dolorum vacuitate & delectatione

B videntur ponenda.

Secundò, id quod ipſum eſſe & vitam hominis conſeruat, eſt ſummum hominis bonum: atqui valetudo conſeruat ipſum eſſe & vitam hominis, vt patet: ergo valetudo eſt ſummum hominis bonum. Accedit, quòd valetudo vitam maximè iucundam reddit, ac ſine illa nec ſenſuum functiones, nec ipſa contemplatio ſuauis eſt. Ideoque ſcitè dictum eſt à D. 2. argum.

C Auguſtino in lib. de bono coniugali, cap. 23. Melius eſſe habere Zachęi ſtaturam, etſi cõtractam & breuem, cum ſanitate; quam Goliæ, cum febri. Et à Platone in Gorgia: optimum eſſe valere ſecundò formoſum eſſe, tertiò diuitias poſſidere nulla fraude quęſitas.

Item, quòd beatitudo collocanda ſit in pulchritudine, oſtenditur, quia pulchritudo, quæ definitur apta membrorum compoſitio cum coloris ſua- 3. argum.

D uitate, videtur præcipuum hominis ornamentum; adeò, vt præſtans forma * communibus ſuffragijs imperio digna iudicetur, & oris venuſtas ipſam virtutem grauiorem, amabilioremque reddat: vti Latinus Poeta ſignificabit illo carmine: * Euripides.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. Virgil. 5. Aen.

E

ARTICVLVS II.

Aſtruitur pars negatiua.

PRopoſitæ quæſtioni hæc concluſio ſatisfacit: Felicitas non conſiſtit in bonis corporis. Huius concluſionis veritatem hęc argumenta ſatis oſtendunt. Primum: Eſ- Cõcluſio.

B 2 ſe ho-

ſe hominis continetur animo & corpore: & eſſe corporis pendet ab animo; atque ipſum corpus propter animum eſt, ſicuti materia propter formam, & inſtrumenta propter motorem: igitur omnia bona corporis ad animi bona tanquam finem conferuntur: atque adeò fieri nequit, vt beatitudo, quæ eſt vltimus finis, proindeque ad nihil aliud referri bebet, in bonis corporis poſita ſit. Secundum: Summum hominis bonum non poteſt eſſe homini, & belluis commune: ſed ita ſe habent bona corporis: non igitur in iis conſiſtit humana felicitas. Tertium: Multa animantia rationis expertia corporis bonis homini excellunt: quædam enim diuturniora ſunt, alia robuſtiora, alia velociora: igitur ſi felicitas conſtituta eſſet in bonis corporis, non præſtaret homo dignitate finis ceteris animantibus. Quartum: Summa felicitas excludit omne turpitudinis dedecus, & miſeriam; alioqui idem ſimul eſſet miſer, & beatus: at bona corporis poſſunt inueniri ſimul cum vitiorum turpitudine, & infamia: ergo felicitas non eſt in iis bonis conſtituta.

Lege Pli. l. 10. c. 69.

ARTICVLVS III.

Priuatim, quod felicitas non ſit in voluptate.

Lege Lact. li. 3. c. 7. Senecã li. de Vita beata. Laertiũ li. 10. de vit. Caſtrũ v. Bea. her. 2. M. Alb. 1. Eth. trac. 5. c. 7.

CIrca voluptatem peculiariter aduertendum, varia de illa extitiſſe philoſophantium dogmata. Nam quidam eam malum eſſe dixerunt: alii neque bonum, neque malum: alii bonum. Et ex iis nonnulli in ea felicitatem poſuere: alii quidem in voluptate animi, quæ ex contemplatione rerum & actione virtutum oritur: alii in vtraque voluptate, animi videlicet, & corporis; & in indolentia, ſiue dolorum & moleſtiarum vacuitate. Atque ita ſenſiſſe Epicurum affirmat Torquatus apud Ciceronem 2. de Fin. & Seneca in li. de Vita beata. Hic autem error, quatenus ſumit voluptatem pro ea quæ ad corpus pertinet, quo modo præ-

A ſentem attingit diſputationem, refellitur tum iis omnibus rationibus, quibus oſtenſum fuit, felicitatem nõ eſſe in bonis corporis conſtitutam; tum ſpeciatim argumento illo, quod affert Ariſt. 7. Eth. cap. 11. nimirum, quia voluptates corporis impediunt prudentiam: & quò vehementiores ſunt, eò denſiorem menti caliginem offundunt, & rationis ac iudicii arcem occupant, animumq. illecebris

B in ſeruitutem pertrahunt, & ita deiiciunt, vt nihil magnum aut excelſes moliatur. Vnde illud Senecæ in lib. de Vita beata, cap. 7. *Voluptatem ſæpius inuenias latitantem ad tenebras captiuatam circa balnea, & ſudatoria mollem, eneruatam mero atque vnguento madentem, pallidam, obfuſcatam, in medicamentis inuolutam.*

Deinde confirmatur idem inſtitutum, quia ſummi boni adeptio

C debet eſſe ſtabilis, & eiuſmodi vt eam non conſequatur triſtitia: at multò ſecus habent voluptates corporis, quæ (vt ait Philo Iudæus in lib. de Gigant.) canum more primùm ablandiuntur, tunc repentè mutatæ morſum infigunt inſanabilem: quod Boetius l. 3. de conſ. metro 7. ita cecinit:

Habet hoc voluptas omnis:
Stimulis agit furentes,
D *Apiumque par volantum,*
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Lege D. Auguſtinum lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 20. vbi affert tabulam quandam, quam Philoſophi nonnulli, ad ingerendum pudorem iis, qui corporis voluptatibus virtutes metiebantur, pingebant: in qua voluptas in ſella regali, quaſi delicata quædam

E regina, conſideret, ei que virtutes famulæ ſub iicerentur, obſeruantes eius nutum, vt facerent quod illa imperaret. Cuius etiam tabulæ meminit Tullius 2. de Fin.

AR-

ARTICVLVS IIII. A

Reſpondetur argumentis in contrariam partem adductis.

Sol. 1. arg. art. 1. Lege D. Tho. 4. cõtra Gent. ca. 26. & in 1. 2. q. 4. ar. 2. Fer. & Caie. iiſdẽ loc.

Argumenta initiò propoſita hũc in modum explicanda ſunt. Ad primum dicẽdum: ſummum bonum expeti propter ſe; voluptates autem ſaltem ex intentione primaria auctoris naturæ datas eſſe gratia operationum, vt agentia ſuauiùs ac B promptiùs munia ſua obeant: quemadmodum ſal non propter ſe, ſed ad condiendos cibos adhibetur. Itaque voluptates, ſi ordinate & ex primarij illius inſtituti regula appetantur, non propter ſe, ſed propter actiones quærentur. Ariſt. autem loco illo 10. Eth. delectationem & operationem, ex qua delectatio percipitur, non tanquam duo, ſed tanquam vnum quid accepit: quaſi diceret, ridiculum C eſſe quærere, cur quis operando delectari, & delectando operari velit: præſertim cum notum ſit, appetitum voluptatibus magnopere allici, & deliniri. Ad confirmationem eiuſdem argumenti dicimus, ſummam miſeriam non eſſe poſitam in doloribus; ſed in oppoſito ſeu priuatione eius boni, in quo ſumma felicitas eſt: de quo poſtea.

Sol. 2. Ad ſecundum negandum eſt antecedens, D & ad reliquam argumenti partem dicendum: tantummodo cõcludere, valetudinem ad naturalem huius vitæ beatitudinem, & iucunditatem requiri, eandemque ex ſententia Platonis inter bona corporis principem locum habere, non tamen in ea felicitatem conſiſtere.

Sol. 3. Ad tertium: pulchritudinem præcipuum eſſe ornamentum, non totius hominis, ſed corporis: ac tametſi E virtutem ipſam decoret, non ideo homini maiorem decoris excellentiam, quàm ipſius virtutis actum contemplationemque conciliare.

Ethic.

QVÆSTIO III.

Vtrum beatitudo conſiſtat in animi operatione?

ARTICVLVS I.

Aſtruitur pars affirmatiua.

Cvm oporteat felicitatem in eo qui felix dicitur inſidere, & ex ſuperiore diſceptatione conſtet, felicitatem non eſſe in bonis corporis; conſequens eſt, vt in bonis animi ſita ſit. Rurſus cùm animi bona, ſi generatim loquamur, ſint potentiæ, habitus, & operationes: (Animi bona.) duo verò priora ad operationem ordinentur, felicitas autem propter ſe expetatur; vtique aſſerendum erit, felicitatem in animi operatione conſiſtere. Quod docet etiam Ariſt. 1. lib. Eth. c. 7. & lib. 10. c. 6. & lib. 2. Polit. cap. 3. & lib. 1. magn. Mor. cap. 10. poteſtque inde confirmari: quia beatitudo eſt vltima hominis perfectio: vnumquodq. autem tunc perfectum eſt, cùm in actu exiſtit: vltimus verò actus in iis quæ operationem vendicant, eſt ipſa operatio.

Obiect. 1. Obijciat tamen aliquis: Beatitudo definitur à Boetio, ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: igitur beatitudo non conſiſtit in operatione, ſed potiùs in ſtatu & quaſi habitu. Secundò: ſi beatitudo in operatione conſiſteret, nemo, niſi cùm actu talem edit operationem, eſſet felix appellandus: hoc autem abſurdum eſt: cùm ex eo ſequatur, eũdem hominem breui tempore nunc beatum eſſe, nunc infelicem: ergo &c. Tertiò: Habitus eſt perfectior actu: igitur beatitudo in habitu, non in actu ſiue operatione collocari debet. Antecedens probatur: quia habitus eſt tum principium actuum, tum finis ſui actus: cùm ab habitu eliciatur actus, ideoq. hunc frequẽtemus, vt illum perficiamus. Item, quia ſtabiliora perfectioris conditionis

ſunt: vt docet Ariſtoteles 3.Eth.c.1. habitus verò ex ſuo genere ſtabiliores ſunt,cum hi permaneant, illi cōfeſtim euaneſcant.

Dilut. 1. obiect. Ad primum horum reſpondendum, ex D. Thoma in 1.2.q.3.art.2. Cum beatitudo definitur ſtatus, ſolum iudicari beatum eſſe in ſtatu boni perfecti. Itaque propoſitio illa: *Beatitudo eſt ſtatus*:nō eſt eſſentialis, formaliſvè, ſed cauſalis: vt ibidem annotauit Caietanus: quaſi dictum ſit, beatitudinem eſſe cauſam ſtatus perfecti. Dilut.2. Ad ſecundum: vt quis felix vocetur,ſat eſſe verſari in actione,vti ratio præſcribit,& vitæ huius conditio,atq; humana imbecillitas ferr.

Dilut.3. Quod attinet ad tertium argumentum,quo petitur,habitusnè an actus perfectior ſit, aſſerendum, actum ſimpliciter perfectiorem eſſe habitu.

Actus perfectior habitu. Primùm: quia vnumquodque vt minus dependet, ita excellentioris naturæ eſt: at minus dependet actus ab habitu,quàm contra;ſiquidem habitus naturalis, de quo loquimur, non niſi per actum gignitur, cum tamen actus abſque habitu elici poſſit. Secundò: quia præſtantius eſt id,cuius gratia aliud eſt; vt docet Ariſtoteles 2.Phyſ.capit.3.text.31. & 1. magn. Moral.cap.1 habitus autem propter actum eſt, tanquam propter quidpiam optimum. Vnde Ariſtoteles 7. Phyſ. cap.3.tex.17.definit Virtutem diſpoſitionem perfecti ad optimū: hoc eſt,vt ibidem D. Thomas interpretatur, qualitatem qua ſubiectum aptè perficitur ad exercēdum actum, qui comparatione habitus virtutis optimum quidpiam eſt. Quare non videtur negandum, actum abſolutè præſtare habitui, ſaltem in naturalibus. Quid verò de ſupernaturalibus iudicandum ſit, quòd à quibuſdam in vtramque partem diſputari ſolet, non eſt huius loci conſtituere.

Iis autem,quæ contra noſtram aſſertionem de naturali actu obiecta ſunt, facilè reſpondebit qui dixerit: etſi habitus ſit principium actus, & cauſa æquiuoca illius, non proinde nobiliorem eſſe; cum non ſit cauſa æquiuoca principalis, ſed inſtrumētaria.Item licet operemur,vt habitus perficiamus:tamen cum ipſa habitus perfectio ſit gratia operationis, vt videlicet promptius & ſuauius operari poſſimus, ratum manere, finem habitus eſſe operationem. Ad ſecundum dicito, cum Richardo in 4. diſtin.49 in 1.princ. quæſt.4. pronunciatum Ariſtotelis intelligēdum ceteris paribus: quod in re propoſita non euenit, vt ex dictis conſtat, cum operatio aliunde maiorem habeat perfectionem.

ARTICVLVS II.

In quanam operatione felicitas poſita ſit?

VT autem doceamus, in quanam operatione beatitudo conſiſtat, animaduertendum eſt, beatitudinem duplicem eſſe: ſupernaturalem & naturalem. Rurſus vtramlibet harum bipartitò diuidi: nimirum ſupernaturalem, in eam quæ ad hanc mortalem vitam, & in eam quæ ad aliam vitam pertinet: item naturalem, in ſpeculatiuam & practicam. Multiplex diuiſio felicitatis.

Supernaturalis beatitudo, quæ in alia vita obtinetur, conſiſtit in intuitiua diuinæ naturæ contemplatione: vt ſentit D. Thom. 3. contra gent.cap.25.& 26 & quodlib.8. art. 19.eiuſque ſectatores varijs in locis: & alij contra Scotum in 4. diſt.49.q. 4. & 5. Henricum Gandauenſem in ſum.art.49 q.6. Aegidium quodl.3. q.19 alioſque non paucos,aſſerentes prædictam beatitudinem ſitam eſſe in actu amandi Deum clarè viſum. Item contra D.Bonauenturam in diſtinct.49 1.par.diſtinct.quęſt. 5. M. Albertum diſtinct. 48 artic.4. Alenſem 2. par. quæſt. 23. memb. 1. & 4.p. quæſt 92.m.2.art.4. & alios, qui eam collocant in vtroque actu ſimul,intellectus & voluntatis: hoc eſt, in intuitiua contemplatione diuinæ naturæ, & in amore ſeu fruitione eiuſdem. Beatitudo ſupernaturalis alterius vitæ.

Sententia D. Thomæ, quam eius aſſertores multis argumentis confirmant,

mant, breuiter hoc modo oſtendi poteſt. Beatitudo formalis nihil eſt aliud, quam adeptio, & poſſeſſio finis vltimi: atqui ſola clara Dei viſio hoc ſibi vẽdicat: ergo ea ſola eſt beatitudo. Maior in confeſſo eſt apud omnes: colligiturque ex illis verbis 1. Corinth. 9. *Sic currite, vt comprehendatis* & 1. Timoth. 6. *Apprehende vitam æternam.* Minor probatur: quia volũtas non eſt potentia apprehendens, ſed appetens: & eius actus non eſt apprehenſio, ſed inclinatio qua trahitur ad rem amatam: iuxta illud Diui Auguſtini lib. 13. Confeſ. cap. 9. *Amor meus, pondus meum.* Intellectus autem eſt potẽtia apprehenſiua, quæ ex ſuo peculiari modo operandi trahit ad ſe obiectum, ſibique præſens & vnicum poſſidet. Ergo &c. Item: ſumma beatitudo conſiſtit in operatione omnium perfectiſſima: ſed intuitiua contemplatio diuinæ eſſentię eſt huiuſmodi: igitur in ea ſumma beatitudo conſiſtit. Probatur aſſumptio: primùm, quia potentia, à qua elicitur, nempe intellectus, eſt omnium nobiliſſima: vt docet Ariſtoteles 10. Eth. capit. 7. & 8. quod ex eo quoque ſuadetur, quia obiectum intellectus eſt ſimplicius & abſtractius obiecto voluntatis; cum intellectus perfecto actu feratur in rem, abſtrahendo ab exiſtentia; voluntas verò actu perfecto nihil, niſi cum ordine ad exiſtentiam, appetat: nemo enim pecuniam, v.g. niſi vt eam poſſideat, optat amatve.

Beatitudo ſupernaturalis hui' vitæ. Quod ad ſupernaturalem huius vitæ beatitudinem ſpectat, cũ iſtiuſmodi beatitudo ſit tendẽtia quædam ad ſupremam illam felicitatem, de qua proximè diſſeruimus; vtique oportet eam in actione charitatis ſupernaturalis potiſſimum contineri: quia talis tendentia maximè fit per actus meritorios, quos partim elicit, partim imperat charitas. Quare & Chriſtus Dominus, cęleſtis diſciplinæ magiſter, in * ſermone de beatitudinibus huiuſce vitæ, beatitudinẽ in virtutum actionibus conſtituit. Nec obſtat, quòd voluntas, in qua inſidet charitas, ſecundùm gradum or- A dinemq. naturæ minus perfecta ſit, quàm intellectus: ſat enim eſt, eam perfectiorem eſſe, ſi ſpectetur quo ad rationem & officium tendendi per actiones meritorias ad cœleſtem patriam & Dei viſionem, tanquam ad vltimum terminum creaturæ intellectualis.

* Matt. 5.

Itaque non probatur nobis eorum ſententia, qui ſupernaturalem huius vitæ beatitudinem præcipuè B in cognitione ſupernaturali Dei, ſiue in dono ſapientiæ collocant. Etenim licèt donum hoc, aliaque eiuſmodi, quæ noſtris animis diuinitus infunduntur, ad beatam vitam promoueant; ea tamen promotio in actionibus charitatis præcipuè conſiſtit. Charitatis potius diximus, quã Gratię: quia gratia, ex eorum ſententia, qui eam à charitate diſtinguunt, quam magis probamus, nõ propriè, C vel ſaltem non immediatum dicitur operandi principium, ſed charitas. Beatitudo autem cum in operatione ſit, ei habitui, à quo talis operatio proximè oritur, tanquam fonti ac principio aſcribenda eſt.

Naturalis felicitas. Porrò naturalis huius vitæ felicitas duplex eſt vt antè monuimus, docetque Ariſtoteles 10. Eth. à cap. 7. altera practica, quæ vitæ actiuæ finis eſt: altera contemplatiua, quæ eſt vi- D tæ cõtemplatiuæ finis. Felicitas practica, cum neceſſariò ſita eſſe debeat in actione vitę practicę, vtique conſiſtit in operatione ſecundùm virtutem moralem, maximè prudentiam, quæ eſt virtutum regula, atque inter eas principatum obtinet. Contemplatiua ſita eſt in contemplatione, potiſſimum Dei, & aliarum etiam ſubſtantiarum materiæ expertium: ſiquidem hæc eſt nobiliſſima ſpecu- E latiui intellectus operatio; nec in hoc ſtatu (nulla habita ratione alterius vitæ, ad quam tendimus, & in qua ſupernaturalem beatitudinem nos adepturos ſperamus) ſecundùm naturę vires perfectiori modo Deum poſſidemus.

Lege D. Th in 2.d. 41.q. 1. artic. 1.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Enodatur Felicitatis definitio ab Ariſt. tradita.

HInc non difficile erit intelligere definitionem Felicitatis, traditam ab Ariſtotele 1. Eth. capit. 7. *Felicitas eſt operatio animæ per rationem, aut non ſine ratione, ſecundùm virtutem in vita perfecta.* Dicitur enim operatio animæ per rationem ſiue intellectum, id eſt, operatio edita à potentia intellectiua: vel non ſine ratione, id eſt, vel ab intellectu præſcripta & regulata; ſiquidem actiones humanæ, vel ab intellectu per ſe eliciuntur, vel ab alijs potentijs quas intellectus regit, & gubernat. Dicitur, ſecundùm virtutem: quia oportet actionem, in qua felicitas ponitur, ſtudioſam eſſe, rectæque rationi conſentaneam. Additur poſtremò, in vita perfecta: quia vt vna hirundo non facit ver; ita nec dies vnus vnavè operatio reddit hominem felicem: proindeque vt quis felix dicatur, oportet totius vitæ decurſu, aut longo tempore, eam actionem, in qua beatitudo conſiſtit, exercere.

Cui felicitatis conueniat tradita definitio.

Propoſita definitio, ſi in eo ſenſu quem præ ſe fert accipiatur, vtrique felicitati, tam practicæ, quàm ſpeculatiuæ conuenit, vt conſideranti planum erit: ex mente tamen Ariſt. qui loco ſuperiùs adducto de felicitate duntaxat actiua differit, ſoli actiuæ conuenit: atque adeò ſecundùm eam limitationem nomine virtutis ſola virtus moralis accipienda erit, in cuius actione tantum actiua felicitas collocatur.

Nonnulla hic aduertes. Primum eſt: cum in hac vita tot ærumnis & incommodis animi corporiſque obnoxia, neque actiua, neque contemplatiua felicitas perfectè poſſideri queat; neutram in hoc ſtatu appetitum hominis perfectè ſatiare; ſed illum aliquo modo explear, quatenus prudens & ſapiens eorum, quæ obtinere non valet, inopiam moderato A & imperturbato animo fert. Secundum eſt: felicitatem contemplatiuam naturalem non eodem prorſus modo eſſe in contemplatione ſitam, quo beatitudo ſupernaturalis alterius vitæ in intuitiua diuinæ naturæ cognitione. Nam cum Dei & ſubſtantiarum ſeparatarum conſideratio in hac vita ſimul cum morum prauitate inueniri poſſit, cum qua tamen felix nemo dicitur: aſſerendum B eſt, licet eſſentia felicitatis contemplatiuæ naturalis in ea, quam diximus, contemplatione præcipuè collocata ſit, neceſſariò tamen formaliter includere morum probitatem, & virtutum actiones, quas eſſentia ſupernaturalis beatitudinis non ita includit. Ratio diſcriminis eſt, quia morum ſanitas non neceſſariò prædictam contemplationem naturalem comitatur, vt planum eſt; quæ tamen C neceſſariò ſequitur ex diuinæ eſſentiæ viſione, in qua virtute continetur, quæque eodem inſtanti, quo elicitur, parit ex ſe voluntatis rectitudinem, amorem Dei, ac cetera, quæ ad ſtatum illum omnibus bonis cumulatum exiguntur.

Diſcrimen inter felicitatem cō templatiuam huius & alterius vitæ.

Tertium eſt: felicitatem contemplatiuam perfectiorem eſſe actiua. Quod ex eo patet, quia contemplatio, cum ſuapte natura propter ſe D quæratur, nobilior & excellentior eſt, quàm praxis: quod docuit Ariſtoteles lib 6. Eth. cap. vlt. & lib 10. eiuſdem operis, cap. 7. & lib 7. Polit. cap. 2. Idemque cenſuit Plato in Philebo, vbi ait, vitam contemplationi dicatam ceterarum omnium diuiniſſimam eſſe: & lib de Regno, numerans duo regna, vnum Iouis, alterum Saturni, hoc illi prætulit: per illud actionem, per hoc contempla- E tionem ſignificans. Lege in eandem ſententiam Alcinoum in li. de Doct. Plat. cap. 2. Tyrium Max. ſerm. 6.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

Vtrum ad felicitatem externa bona requirantur?

ARTICVLVS I.

Diuerſæ Philoſophorum opiniones.

Opinio Stoicorũ.

EST de re propoſita contentio inter Stoicos & Peripateticos. Stoici partem negatiuam acerrimè tuentur, appellantque felicitatem Peripateticam, quæ externa bona aſcilcit, mollem & eneruatam. In quam ſententiam multa Cicero in 2. Parad. & Tuſc. quæſt. lib. 5. & Seneca Stoicæ diſciplinæ alumnus varijs in locis. Videtur autem dogma hoc ex eo comprobari, quia oportet felicitatem à caſu & fortuna minimè dependere: à quibus tamen dependeat neceſſe eſt, ſi externa bona, quæ magna ex parte fortuita ſunt, requirit. Item, quia felicitas conſiſtit in actione virtutis: hæc autem probatur ſplendetque magis in aduerſis, quàm in proſperis, vt rectè ait Seneca in libro de Diuina prouidentia: *Gubernatorem,* inquiens, *in tempeſtate maris, in acie militem intelligas. Vnde poſſum ſcire, quantum aduerſus paupertatem tibi animi ſit, ſi diuitijs affluis? vnde poſſum ſcire, quantum aduerſus ignominiam & infamiam, odiumque populare conſtantiæ habeas, ſi inter plauſus ſeneſcas?*

Quin & Poetæ, vt illuſtre ſolidæ felicitatis exemplũ hominibus proponerent, Herculem induxerunt, poſt multorum laborum tolerãtiam de fortuna triumphantem, & in cœleſte domicilium aſcendentem. De quo eſt illud Boetij lib. 4. de Conſol. metro 7.

Ite nunc fortes, vbi celſa magni
Ducit exempli via: cur inertes
Terga nudatis? ſuperata tellus
Sidera donat.

Poſtremò idem confirmatur: quia quod ad rectè & laudabiliter viuen- A dum ſufficit, id etiam ad felicitatem ſat eſt: atqui virtus ita ſe habet; cum probum virum & omni laude cumulatum reddat: videtur igitur ea per ſe abundè ſufficere ad felicitatem. Atque huic ſententiæ Ariſtotelem, & Platonem ſubſcripſiſſe ait Tullius 5. Tuſc. quæſt. Quare Lucianus, in Ariſtotelem iocatus, Alexandrum Magnum apud inferos inducit aſſerentem, Ariſtotelem verſutum & calli- B dum virum, niſum fuiſſe perſuadere, munera fortunæ neceſſaria eſſe ad ſummum hominis bonum; vt auderet ea ab ipſo petere, ac bona fronte recipere.

In dial. Diogenis, & Alex.

ARTICVLVS II.

Ariſtotelis ſententia, eiuſque comprobatio.

Felicitas hominis politici.

C RE tamen vera Ariſtoteles 1. lib. Eth. cap. 8. cenſuit, ad felicitatem, non qualemcunque, ſed hominis politici & qui in Reipubl. luce verſatur, requiri externa bona, tanquam inſtrumenta ad defendendam Rempub. ad beneficentiam exercendam, ad propulſandas iniurias, aliaque munera eiuſmodi. Quæ ſententia vera eſt: etenim nemo externam, & politicam felicitatem obtinere di- D xerit eum, qui bonis ad hæc præſtanda deſtitutus ſit; licet abſq. ijs quilibet priuatus homo in ſe ſpectatus, tam contemplatiua, quàm practica felicitate potiri queat.

Sol. arg.

Argumenta verò, quę ſuperius adduximus, hãc habent explicationem. Ad primum dicendum non eſſe abſurdum, felicitatem ſub aliqua conſideratione, & quo ad perfectionem accidentariam, pendere aliquo mo- E do à fortuitis euentibus; dummodo quo ad eſſentiã ab ijs nequaquã pendeat. Ad ſecundum reſpondendum: etſi virtus maius ſpecimen ſui det, magiſque luceat in aduerſis; tamen, quantum ad beatitudinis ſplendorem attinet, magis apparere in proſperis: in quibus præſtantis animi argumentum eſt, moderationẽ ſeruare, euagantes appetitiones comprime-

re, ne-

re, neque vana iactatione extolli. Qui autem in egeſtate, & rerum familiarum iactura, ac deniq; aduerſis rebus diù tolerandis animi conſtantiam exhibuere, etſi magna laudum encomia iure obtinuerint; non iccirco putandum, eos ciuilem poli- A ticamve felicitatem aſſecutos fuiſſe: plura enim ad hanc requiruntur, quàm ad rectè & cum laude viuendum. Neque aliud ſenſit Plato vbi rectè ſenſit, neque Ariſtoteles, cùm de hac felicitate diſſerunt. Lege D. Tho. in 1.2.q.4. art.7.

DISPVTATIO QVARTA.

DE TRIBVS PRINCIPIIS HVMANORVM actuum, voluntate, intellectu, & appetitu ſenſitiuo.

QVia præcipua Moralis ſcientiæ conſideratio verſatur circa actus humanos, quibus comparatur, in quibuſve conſiſtit hominis felicitas, doctrinæ ratio poſtulat, vt, poſtquam de felicitate egimus, de humanis actibus diſputemus: ac primùm de eorum principijs, Voluntate, Intellectu, & Appetitu ſenſitiuo.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes actus humani à libera voluntate proficiſcantur?

ARTICVLVS I.

Argumenta in partem negatiuam.

1. argum. PArs negatiua propoſitæ controuerſiæ his argumenti videtur oſtendi. Actus, quibus animæ beatæ diuinam eſſentiam clarè vident, viſamque amant, humani ſunt; cùm in ijs ſupernaturalis beatitudo hominis conſiſtat: & tamen ex communi Theologorum ſententia non ſunt actus liberi, ſed neceſſarij; nec enim in beatorum poteſtate eſt, eiuſmodi actus non elicere. Non igitur omnes actus humani à libera volun- B tate proficiſcuntur.

2. argum. Secundò: Actus, quos ſomniantes & mente capti exercent, dum diſputant ratiocinanturque; item actus ſubiti voluntatis & intellectus, ſunt humani, quandoquidem in ſoli homini conueniunt: nec tamen liberi ſunt, alioqui poſſet in eos culpa aut meritum cadere. Ergo aliqui ſunt actus humani abſque libera voluntate.

3. argum. Tertiò: Multi actus, ab appetitu C & externis membris adminiſtrati, ſunt humani; ſiquidem bonitatem malitiamve moralem ſortiuntur: & tamen ij non ſunt à voluntate; cùm actus voluntatis ſint immanentes. Igitur multi actus humani non oriuntur à voluntate.

AR-

ARTICVLVS II.

Explicatio controuerſiæ.

VT propoſitæ quæſtionis ſatisfaciamus, quædam prænotanda ſunt. Primum eſt: Bifariam poſſe aliquem actum dici humanum: nimirum vel quo ad ſubſtantiam entitatemve; quo pacto omnes ac ſolo operationes, quæ manant à potentijs proprijs hominis vt homo eſt, humanæ dicuntur, vt ratiocinari & flere: vel quo ad operandi modum. Quia verò proprius modus operandi hominis, prout à belluis diſtinguitur, eſt ita agere, vt ſuarum actionum dominium & libertatem gerat (bruta enim impetu naturali operātur, nec tam agunt, quàm aguntur; vt D. Damaſcenus ait lib. 2. fid. Orth. cap. 27.) fit, vt poſteriori modo eæ tantùm actiones humanæ vocentur, quas homo in ſua libera poteſtate habet.

Actiones humanæ quæ.

Secundò aduertendum: voluntatem non ideo liberam ſeu deliberatam vocari, quòd ipſa deliberet (deliberatio enim ad intellectum magis, quàm ad voluntatem pertinet:) ſed quia præeuntem intellectus deliberationem ſequitur. Quo fit, vt illa actio dicatur à libera voluntate proficiſci, quæ à voluntate intellectus deliberationem ſequente eliciturant imperatur.

Libertas quid.

Hoc poſito reſpondemus, omnes actus humanos proficiſci à libera hominis voluntate. Quod ex eo oſtenditur: quia etſi radix libertatis ſit in intellectu, formalis tamen libertas à ſola voluntate eſt; vt alibi ex profeſſo declarabitur. Patetque ex eo, quia libertas dicitur, qua aliquid vt libet eligimus: electio autem fertur in bonum: quod cùm ſit obiectum voluntatis, conſequens eſt, vt formalis libertas pertineat ad voluntatem. Quare nullus omnino erit actus humanus, qui non oriatur à voluntate: ſiuè eum ipſa in ſe eliciat, cuiuſmodi eſt actus amoris: ſiue imperet; vt deliberata motio intelle-

A ctus, vel appetitus, & vniuerſim omnes actiones potentiarum, quæ voluntati ſubditæ ſunt, ſi ab eis eliciantur, prout voluntati liberè mouenti ſubijciuntur.

Argumenta verò pro contraria parte ex dictis facilè ſoluentur. Ad primum & ſecundum dicendum: eiuſmodi actus, licèt ſint actus hominis; non tamen eſſe humanos in eo ſenſu, & vſurpatione, de qua hic

B agimus. Ad tertium conceſſa maiori ad minorem dic, non omnes actiones quæ à voluntate proficiſcuntur, immanentes eſſe; ſed quæ ab ipſa potentia manant, & in eadem manent.

QVÆSTIO II.

C Vtrum voluntas intellectum, an intellectus voluntatem moueat?

ARTICVLVS I.

Propoſitæ difficultatis enodatio.

ADuertendum, moueri facultatem animæ ab aliquo, nihil aliud eſſe, quàm ab illo de

D potentia ad actum educi. Quare cùm bifariam poſſit aliqua facultas animæ eſſe in potentia: nimirum vel quo ad eliciendam, aut non eliciendam actionem; quod vocatur eſſe in potentia ad exercitium actus: vel quo ad hoc illudve agendum, id eſt, quo ad producendum actum huius aut illius ſpeciei; quod dici ſolet eſſe in potentia quo ad actus ſpecificationem: fit, vt duobus modis prædicta facultas indigeat mouente, à

E quo ad actum perducatur: vno quo ad actus exercitium; altero quo ad determinationem illius ad certam ſpeciem.

Sit prima cōcluſio: Voluntas quo ad exercitium mouet intellectum, ſicuti & reliquas potentias quo ad actus humanos. Hæc quæſtione proximè ſequenti accuratius probabitur, *Concl. 1.*

tur: nunc ex eo breuiter oſtenditur, quia principium actus cuiuſque potentiæ actiuæ eſt ex fine: finis verò actuum intellectus continetur ſub fine voluntatis; proindeque intellectus ad actus ſuos eliciendos à voluntate moueri debet. Diximus in concluſione, quo ad actus humanos: quia ad actus ſubitos, qui omnem actum voluntatis antecedunt, non mouetur intellectus à voluntate; ſed ab obiecto, interuentu ſpeciei intelligibilis & phantaſmatis. Qua de re Maior in 1. d.3. q.2. Greg. in 2.d.11. q.1. Lege quoque, ſi placet, quæ in hanc ſententiam ſcripſimus, lib.11. Phyſ.cap 1.q.2.art.4.

Actus ſubiti.

2 concl.

Secunda concluſio: Intellectus quo ad ſpeciem actus mouet voluntatem. Hæc ſuadetur: quia intellectus proponit voluntati obiectum, à quo, tanquam à principio formali externo, actus voluntatis ſpeciem ſumunt. Vbi aduerte, bonum cognitum non ſolùm ſeſe habere ad actus voluntatis, vt cauſam formalem externam, prout illis, tanquam terminus ad quem referuntur, ſpeciem tribuit; ſed vt finem, quatenus motu metaphorico allicit voluntatem. Verum verò notitia intellectus concurrat etiam actiuè cum voluntate ad eius actus eliciendos, controuerſum eſt. Negatiuam partem ſequitur Henricus quodl. 9. Capreolus in 2. d.23. art.3. ad 1. contra 1. concl. Hiſpalenſis in 2.d.25.q.1.artic.3.not.1. Iauellus 9. Metaph. q. 6. Affirmatiuam tuentur Paludanus in 4.diſt.49. q.3. art.1. Gregorius in 2. d. 25. q.1. contra 2. concl. Gabriel eadem diſt. q.1.dub.3. Soncinnas 9. Metaph.q.11. & q.13. Vtraq; nobis admodum probabilis videtur: quæ autem probabilior ſit, lib. 9. Metaph. diiudicandum erit.

ARTICVLVS II.

Obiecta, eorumq; dilutio.

ERit tamen qui probare contendat, non poſſe intellectum à voluntate moueri, hoc argumento:

A Omne mouens eſt prius ac nobilius moto: ſed intellectus eſt prior & nobilior voluntate, vt ſuprà ſtatuimus, docetque Ariſt. lib. 10. Ethic. cap. 7. igitur intellectus non poteſt à voluntate moueri. Maior probatur: quia quod mouet, agit: agere autem præſtantius eſt, quam pati; teſte D. Auguſt. 12. ſuper Geneſ. ad lit.

Secundò: Voluntas nihil appetit, niſi quod ei ab intellectu repræſen-
B tatur: quia, vt docet D. Auguſtinus lib. 8. de Trinit. cap. 4. nihil volitum, niſi prius cognitum. Igitur ſi, vt intellectus actum ſuum eliciat, & voluntati aliquid proponat, debet prius à voluntate moueri, dabitur in actionibus voluntatis, & intellectus infinita progreſſio; ſiquidem omnem actionem voluntatis antecedet actio intellectus, & omnem actionem intellectus actio voluntatis, abſq; vllo
C primo actu.

Tertiò: Intellectus per ſuam notitiam concurrit effectiuè ad actum voluntatis, vt eſt multorum Philoſophorum ſententia: igitur ſi voluntas mouet effectiuè intellectum, & intellectus voluntatem, idem reſpectu eiuſdem, hoc eſt, eadem voluntas comparatione intellectus, ſimul erit mouens & motum.

Ad primum horum dicendum: fie- Sol. 1.
D ri poſſe, vt id, quod alio ſimpliciter deterius eſt, eodem tamen alia conſideratione & ſecundùm quid præſtantius habeatur. Nam v.g. potentia videndi nobilior eſt quàm color; & tamen color, quatenus in illam agit, ſuam ei ſpeciem imprimendo, excellentior quàm illa eſt. Sic ergo, tametſi intellectus abſolutè præſtantior ſit quàm voluntas, nihil mirum ſi voluntas, ſpectata prout intellectum
E mouet, hac ex parte ipſo præſtantior cenſeatur.

Ad ſecundum, cõceſſo anteceden- Sol. 2.
te neganda eſt conſecutio; & ad eius confirmationem dicendum: non omni intellectus actioni præire actionem voluntatis: quia tandem conſiſtendum erit in aliquo actu intellectus, ad quem, vt ſuprà diximus, intellectus ab obiecto interuentu phã-

taſmatis

taſmatis moueatur: qui actus, quia ſaltem in ſuo primo ortu naturalis eſt, & non liber, non oportet ad eum eliciendum concurrere voluntatem.

Sol. 3.

Ad tertium, vtcumque ſe habeat veritas antecedentis, quæ alibi vt diximus perpendenda erit, reſpondemus: non ſequi ex eo, idem ſecundum idem eſſe ſimul mouens, & motum. Nam cum voluntas mouet intellectum ad eliciendam notitiam alicuius rei, non concurrit tunc intellectus per eandem notitiam ad illammet actionem voluntatis, ſed ad aliam: v.g. mouet voluntas intellectum ad deliberandum, iudiciumque ferendum de pharmaco: intellectus per hanc actionem non concurrit cum voluntate ad illummet actum, quo eum voluntas mouit; ſed ad alium, nempè ad electionem pharmaci, quod ei, vt conueniens ad obtinendam valetudinem, repræſentat.

QVÆSTIO III.

Vtrum voluntas moueat omnes alias potentias ad actus ſuos exercendos?

ARTICVLVS I.

Conſtituitur pars affirmatiua.

Cōcluſio.

ASſerendum: voluntatem mouere actiuè ad ſuos actus exercendos reliquas animæ potentias, quæ ſuapte natura eius imperio ſubduntur. Hæc aſſertio traditur à D. Auguſtino lib. 12. de Ciuit. Dei, cap. 6. D. Damaſceno lib. 2. Fid. cap. 16. D. Anſelmo de Concept. Virg cap. 4. D Thoma 1. part. quæſt. 82. artic. 4. & alijs. Probatur autem eius veritas, tum ipſa experientia; quandoquidem contemplamur, legimus, loco mouemur, pręſtamuſque cętera id genus munia, cum volumus: tum ratione; etenim principium motiones cuiuſque potentiæ actiuæ eſt ex fine, cum omne agens gratia finis operetur; bonum autem in commune, quod rationem finis habet, eſt obiectum voluntatis. Quare conſequens eſt, vt voluntas omnes alias potentias ad ſuorū actuum exercitium moueat. Conſecutio patet ex eo: quia ſemper ars, & potentia, ad quam ſpectat finis vniuerſalis, mouet ad agendum artem & potentiam, ad quam particularis finis ſub illo vniuerſali cōprehenſus pertinet; vti liquet in arte nauigatoria & nauium confectrice, itemq. in duce & tribunis: atqui omnes fines aliarūm potentiarum comprehenduntur ſub fine ac bono, quod eſt obiectum voluntatis, quia omnes potentiæ per ſuos actus tendunt in aliquod bonum: ergo, &c.

Obiectū volūtatis.

Quæri ſolet, quonam pacto voluntas hanc motionē præſtet? Quam dubitationem duplici pronunciato explicabimus. Primum ſit: Voluntas non mouet alias potentias applicando: ſi loquamur de ea applicatione, qua res applicata aliquam præuiam motionem ab applicante accipit; vt cum quis admouet ſecurim ad cædenda ligna, imprimendo illi impulſum. Hoc ex eo oſtenditur; quoniam voluntas nullam præuiam motionem inijcit potentijs; tum quia in hoc rerum genere non apparet, quidnam eiuſmodi præuia motio ſit; tum quia talis motio ſuperflua omnino eſt, cum abſque illa poſſit voluntas potentias mouere: quod in * Phyſicis ex profeſſo tractauimus, cum oſtendimus, cauſam primam non excitare agentia naturalia ad ſuas actiones præcedente aliqua motione; vt plerique D. Thomæ ſectatores arbitrati ſunt. Eſt enim quo ad hoc pariratio in Deo, quatenus cum cauſis ſecundis concurrit; & in voluntate, vt cum potentijs.

De modo, quo volūtas mouet alias potentias.

Secundum pronunciatum ſit: Voluntas mouet alias potentias, concurrendo cum illis tanquam cauſa vniuerſalior, ita vt ex potentia &

Digitized by Google

cum qua voluntas concurrit, & ex ipſa voluntate, fiat vna integra cauſa, à qua vna eademq. numero actio manat. Huius pronunciati veritas oſtenditur, primùm ex analogia, quę eſt inter alias cauſas vniuerſales & particulares, præſertim Deum, & cauſas ſecundas: quandoquidem voluntas, vt fertur in bonum in commune, aliæ verò potentiæ in bona particularia; ita ſeſe habet ad alias potentias, vt vniuerſalis cauſa ad particulares. Quare, vt cauſa vniuerſalis, v. g. Deus, dum concurrit cum cauſis ſecundis ad agendum, ex ipſo & cauſa ſecunda fit vna cauſa integra, à qua vna eademque ſingularis actio oritur: ita proportione quadam ſe habebunt voluntas, ceteræque potentiæ quas illa mouet.

Ex dictis intelliges, actionē, qua voluntas formaliter mouet alias potentias, eſſe tranſeuntem, cùm in ipſa voluntate non maneat: ſiquidem non diſtinguitur re ab actione aliarum potentiarum. Præterea, eiuſmodi concurſum voluntatis interdum eſſe quid ſpiritale, cùm nimirum voluntas concurrit cum potentia immateriali, vt cum intellectu: aliquando materiale, ſi videlicet concurrat cum potentia inhærente organo corporeo, vt cum imaginatione.

ARTICVLVS II.

Quo pacto voluntas moueat ſenſus internos?

Duplex imperium.

SCiendum ex Ariſtotele 1. Polit. cap. 3. & lib. 1. Eth. c. vlt. & ex D. Thoma 1. par. quæſt. 81. artic. 3. ad 2. duplex eſſe imperium: alterum Deſpoticum ſeu Dominicum; alterum politicum ſeu ciuile, quod etiam regium appellatur. Imperium deſpoticum eſt, quo dominus imperat ſeruis: qui facultatem reſiſtendi non habent, cùm nullo modo ſui iuris ſint. Imperium politicum eſt, quo Princeps Reipublicæ, imperat ciuibus: qui tametſi eius præceptis obediant, tamen cùm liberi ſint, aliquid A ſuum habent, quo eius imperio reſiſtere valeant.

Quærimus ergo, num voluntas moueat ſenſus internos imperio ciuili, an deſpotico? D. Thomas loco proximè cit. videtur docere, cogitatiuam (quæ etiam ratio particularis dicitur) regi, mouerique à ratione & voluntate imperio deſpotico; non ita verò reliquos ſenſus internos. Nam cur appetitus rationi & volun- B tati non promptè, obediat, cauſam eſſe ait, quia appetitus non ſemper à cogitatiua, ſed ab alijs ſenſibus interdum mouetur. Quæ ratio nullius eſſet momenti, ſi interni ſenſus pari obedientia voluntati parerent; vt erit conſideranti perſpicuum. Nobis tamen aſſerendum videtur, nullum eſſe internum ſenſum, qui voluntati ſemper ad nutum obediat. Nam ſenſus communis, perſeuerante externi C ſenſus apprehenſione, neceſſariò rem apprehendit, & vniuerſim omnes ſenſus interni (quippe omnium, quo ad hoc eadem videtur eſſe ratio) nonnunquam adeò tenaciter res apprehendunt, vt voluntas eorum cogitationem aut nullo modo, aut difficilè compeſcat: vti docet quotidiana experientia.

Ex quibus cauſis proueniat cogitationũ tenacitas.

Prouenit autem ea cogitationum tenacitas ex multis cauſis; ſed ex his D potiſſimùm: nimirum vel ex reali præſentia obiecti, ſeſe per externos ſenſus ingerentis: vel ex interna inſtigatione dæmonum, qui imagines interiùs aſſeruatas agitatis ſpiritibus huc illuc transferunt, & ad rerum quæ ijs repræſentantur apprehenſionem acuunt accommodantq.: vel ex affectione organi; ſiquidem melancholici, qui ſicco & frigido ſunt temperamento, in eiuſdem rei E apprehenſione diutius inſiſtunt: vel ex affectu appetitus ſenſitiui; cùm notum ſit, ijs magis affligi internum ſenſum, ad quæ appetitus maiori impetu fertur.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Qua ratione voluntas appetitum ſenſitiuum moueat.

QVod ad appetitum ſenſitiuum attinet, dicendum, moueri illum à voluntate imperio politico, non autem deſpotico: vt communi aſſenſu tradunt Ariſtoteles in calce libri 1. Eth. & 1. Polit. cap. 3. D. Damaſcenus lib. 2. fid. orth. c. 12. D. Gregorius Nyſſenus lib. 4. cap. 8. D. Thomas 1. 2. q. 17. art. 7. & alij. Ac primùm, quòd appetitus à voluntate moueatur, patet experientia: cùm ſæpe illius motus arbitrio noſtro excitemus, & cohibeamus. Confirmaturque id verbis illis cap. 4. Geneſ. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*. Verùm quòd talis ſubiectio non ſit deſpotica, non minùs compertum eſt: cùm paſſim feratur appetitus in bonum ſenſibile, contra iudicium rationis, & inclinationem voluntatis. Idque teſtatur D. Paulus illis verbis ad Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*.

Oritur autem hæc repugnantia ex eo, quia appetitus ſenſitiuus ſequitur apprehenſionem ſenſus interni: quæ interdum adeò efficax eſt, vt à ratione & voluntate cohiberi non poſſit. Tum etiam, quia motio appetitus ſenſitiui pendet ex diſpoſitione organi (vnde ij qui calido ſunt temperamento, facilè iraſcuntur:) quæ diſpoſitio ſiue affectio imperio non ſubiacet. Lege D. Thomam in quæſt. de malo, quæſt. 7. art. 6. ad 8. & 1. par. q. 81. art. 3.

Ordinarius autem modus, quo voluntas appetitum mouet, eſt per apprehenſionem ſenſus interni: id eſt, mouendo imaginatricem facultatem, v. g. vt de hac, aut illa re cogitet, quam deinde appetitus amplectatur aut fugiat. Quæri tamen ſolet, vtrum voluntas non hoc duntaxat modo, ſed per ſe immediatè interdum appetitum moueat: D. Tho. in diſput. de Verit. quæſt. 25. art. 4. &

A q. 26. art. 3. affirmatiuam partem aſſerit: quòd in potentijs inuicem ordinatis, & connexis, vehemens motus ſuperioris in inferiorem redundet. Vnde Ariſtoteles 3. de Anima, c. 11. text. 57. ait, appetitum ſuperiorem impellere inferiorem, ſicuti in cœleſti mundo ſphæra ſuperior inferiorem rapit. Verùm cùm appetitus non feratur in ignotum, dicendum videtur, tunc ſolùm voluntatem immediatè & per quandam redundantiam mouere appetitum, cùm iam in ſenſu interno exiſtit notitia eiuſdē obiecti: ita nimirum, vt abſque noua intenſione aut efficacitate notitiæ appetitus magis accendatur, ob affectum voluntatis. Appetitus ob affectū voluntatis magis incenditur.

B

ARTICVLVS IV.

Quo pacto voluntas membra externa moueat.

C

IAm verò externa membra, quibus latio arbitraria exercetur, mouet voluntas (vt experimento compertum eſt) imperio ſeruili, ac citra vllam repugnantiam: niſi aliquo impediantur morbo, vti accidit paralyſi laborantibus. Cur autem diſpar obtemperandi conditio mēbris corporis & appetitui conueniat, ex ijs quæ ſuperiùs explicata ſunt conſtat: videlicet, quia appetitus ſequitur apprehenſionem, &c. Quibus adde, appetitum ſuam qualemcumque vindicare libertatem, qua rationi & voluntati obluctetur: quod tamen mēbris non competit. Diſpar obedientia membrorū & appetitus.

D

Quæri ſolet, vtrum voluntas non moueat membra, niſi interuentu appetitus ſenſitiui? Pro parte negatiua facit, quia interdum membrorum motio eſt contra propriam appetitus inclinationem. Quare ſi in huiuſmodi euentis appetitus plerumque non obedit voluntati, nullo modo tunc poſſet voluntas mouere membra, perſeuerante repugnantia appetitus: cuius oppoſitum docet experientia in Sanctis martyribus, qui membra acerbiſſimis cruciatib. offerebant. Pro parte affirmatiua, Dub. Reſpōſio

E

quam

quam magis veriſimilem iudicamus, eſt ratio illa, quòd voluntas in viribus animæ mouet vt agens ſupremum; appetitus vt agens medium; vltimum autem eſt virtus motiua membris inſidens. Petit verò harmonia & ordo mouētium, vt ſupremum non niſi interuentu medij moueat extremum. Ad argumenta pro contraria opinione dicimus, appetitum duo obire munia: quorum alterum eſt, bonū ſenſu oblatum proſequi, malum declinare: alterum, impellere membra corporis ad motū. Quoad prius officium, poſſe illum reſiſtere voluntati: quoad poſterius, non poſſe.

Dub. In quæſtione etiam verſatur: num appetitus ſenſitiuus in homine poſſit per ſe mouere membra, abſque motione voluntatis? Quòd poſſit, ex eo videtur oſtendi: quia appetitus ſenſitiuus in homine non eſt deterioris conditionis, quàm in belluis. Quare ſi in his (vt planum eſt) per ſe mouet, cur non etiam in illo mouebit? Contrariam ſententiam tuetur D. Tho. 1. p. q. 81. art. 3. & Caietanus eodem loco: eamque probat ea ratione, quia (vt paulò ante diſputabamus) in omnibus mouentibus ordinatis, ſecūdum mouens, cuiuſmodi eſt appetitus, non mouet niſi virtute primi mouentis. Nec verò in homine de appetitus ſenſitiui dignitate quicquam detrahit, quòd non per ſe ac vi tantùm ſua membris motionem afferat. Etenim, vt Caietanus loco cit. inquit, licèt in nobis natura ſenſitiua nobilitatem capitis, quam in brutis habet, non obtineat; id tamen ei compenſatur per cōiunctionem & commercium cum ratione & appetitu intellectiuo: ſiquidem inferius vicinitate ſublimioris perficitur; excellentiuſque eſt, moueri à nobiliori quàm mouere inferiora, & Regi in aula ſubeſſe quàm in tugurio præeſſe.

Solut.

Limitatio ſuperioris ſententiæ. Verùm propoſitæ ſolutioni ea nobis moderatio videtur adhibenda, vt dicamus: ſi ſermo ſit de motione, qua appetitus ex vſu rationis mouet, nō ſolere appetitum mouere membra, A niſi mouente voluntate; ſi autem de alijs motionibus loquamur, interdum oppoſitum accidere: nec opus eſſe, vt vniuerſim in omnibus motionibus appetitus ſubordinatio illa ſeruetur: nec vt reſpectu omnium dicatur appetitus mouens ſecundariū; eſto ſemper ita ſe habeat, comparatione illarum quæ deliberatæ ſunt, & homini quatenus homo eſt conueniunt. Qua limitatione poteſt e- B tiam intelligi D. Thomæ ſententia, vt nonnulli ex illius ſectatoribus animaduertunt: præſertim cùm ſit admodum veriſimile, motus ſubitos, quibus interdum membra ciemus, non ſemper prouenire à voluntate etiam indeliberata, ſed nonnunquam à ſolo appetitu: vt cùm quis natura bilioſus ex ſubita appetitione vindictæ manum mouet ad inferendam iniuriam. Sed ea quæ ad ap- C petitum pertinent, proxima quæſt. magis illuſtrabuntur. Subiti motus membrorum.

QVÆSTIO IV.

Vtrum appetitus ſenſitiuus moueat voluntatem?

D ARTICVLVS I.

Solutio quæſtionis.

HAec controuerſia aliquot pronunciatis explicanda eſt. Primum ſit: Negari non poteſt, appetitum mouere volūtatem. Probatur in primis Sacræ paginæ teſtimonijs. Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis* E *meæ*. Iacob. 1. *Vnuſquiſque tentatur, à cōcupiſcentia ſua abſtractus & illectus.* Confirmatur quoque experientia: nemo eſt enim, qui non experiatur motum appetitus, ſiue iræ, ſiue doloris, aut lætitiæ, inclinare ad ſe voluntatem. 1. pronunciatum.

Secundum pronunciatum: Appetitus non mouet voluntatem, imperando illi. Huius pronunciati veri- 2. pronūc.

tas

Digitized by Google

tas plana eſt: cùm in confeſſo apud omnes ſit, facultatem inferiorem & corporis organo affixam, non habere imperium aut dominium in potentiam ſuperiorem & immaterialem. Itaque non poteſt voluntas directo motu impelli ab appetitu: vt docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 77. art. 1. ſed indirectè.

3. pronun. Tertium pronunciatum: Appetitus mouet voluntatem ex parte obiecti, hoc eſt, interuentu notitiæ intellectiuę, quæ obiectum amplectendum aut declinandum proponit. Quod duobus modis accidit: vno, quia paſſio appetitus in cauſa eſt, vt intellectus hoc aut illo modo, aliter atque aliter de re iudicet. Vnde illud Ariſtot. 3. Eth. cap. 5. *qualis quiſque eſt, talis ei finis eſſe videtur*. Vt illud 1. Reth. *non eadem videntur amantibus & odio habentibus*. (Quare & ligatus ſub Alexandro Macedonum rege, reuocauit ſententiam ab Alexandro irato ad Alexandrum non iratum.) Quo fit, vt voluntas, ſequens iudiciũ intellectus, idem velit aut repudiet quod appetitus. Altero, quia appetitus mouet voluntatem per notitiam interni ſenſus, quam ipſe ſequitur; quatenus ſenſuum phantaſmata determinant intellectum ad huius & illius rei conceptionem.

ARTICVLVS II.

Dubia quædam enodantur.

Existunt autem circa ea, quæ de motione appetitus aſſeruimus, aliquot dubia. Primum eſt: an appetitus aliquando abſque interuentu notitiæ intellectiuæ immediatè moueat voluntatem per redundantiam, propter ſolam ipſarum potentiarum cognationem nexumque? Reſpondemus idem, quod ſuprà de voluntate reſpectu appetitus: videlicet, cùm voluntas non tendat in ignotũ, eatenus appetitum mouere voluntatem, quatenus voluntas in bonum repræſentatum ſibi per intellectum maiori impetu fertur, propter inclinationem appetitus. 1. dub. Secundum eſt: Num aliquando voluntas ita ab appetitu trahatur, vt in eius poteſtate non ſit ei reſiſtere? Reſpondetur: ſi appetitus adeò vehemens ſit, vt omnino rationis vſum abſorbeat, tunc neceſſariò mouere volũtatem: alioqui non. Etenim tamdiu motus voluntatis liber eſt, quamdiu iudicium integrum ac liberum manet. Turbat autem abſorbetque iudicium affectio appetitus, cùm ſenſitiua cognitio, quæ tali affectione acrior & importunior ſit, adeò vehementer intellectum mouet ad cogitandum de obiecto paſſionis, v.g. de re dolorem aut delectationem inferente, vt interim ei deliberandi facultatem adimat: in quam ſententiam lege quæ ſcripſit Ariſtoteles 7. Ethic. cap. 3. & Diu. Auguſt. 14. de Ciuit. cap. 16. D. Thomas in 1. 2. quæſt. 10. art. 3. 2. dub.

DISPVTATIO QVINTA.

DE BONITATE ET MALITIA HVMANARVM actionum in genere.

EGimus de principijs humanorum actuum: nunc de ipſis humanis actibus diſſeremus: non quidem abſolutè, nec enim ea conſideratio Moralis Philoſophi eſt; ſed quo ad eorum bonitatem & malitiam, quatenus humanam attingunt felicitatem, ad eam nos promouendo, aut ab eius adeptione impediendo.

QVÆSTIO I.

Vtrum bonitas & malitia humanarum actionum petenda ſit ab obiecto, an non?

ARTICVLVS I.

Explicatio controuerſiæ.

Aſſertio. IN propoſita quæſtione hæc aſſertio ſtatuenda eſt: Bonitas & malitia humanarum actionum ſumitur ab obiecto. Probatur: Nam humanæ actiones referuntur ad obiectum, vt ad menſuram ſui eſſe, & tanquam ad cauſam formalem extrinſecam, à qua proinde ſpeciem & diſtinctionem capiunt.

Obiectum quid hoc loco. Vt autem huiuſce rei veritas magis eluceat, aduertendum erit, nomine obiecti intelligendam eſſe hoc loco materiam, circa quam verſatur actio: cuiuſmodi eſt pecunia, in quam fertur appetitio. Quia tamen hoc loco de bonitate & malitia morali agitur, ſpectanda eſt prædicta materia, non ſecundum ſuum eſſe naturale abſolutè; ſed vt conuenit cum recta ratione & lege diuina, aut ab ea diſſidet.

A Deinde aduertendum, quemadmodum libertas humanarum actionum formaliter eſt in voluntate: ita bonitatem & malitiam moralē, ad actiones humanas pertinentem, formaliter reperiri in actione interna ipſius voluntatis; licèt obiectiuè ſit in materia circa quam verſatur. Libertas.

Tertiò ſciendum eſt, actionem humanam externam dupliciter ſumi poſſe: vno modo ſecundùm ſe, prout B obiectum quoddam eſt actionis internæ voluntatis, conſentaneum rectæ rationi & diuinæ legi, vel ab ea diſſentaneum; etſi talis actio à nullo exerceatur: quo pacto dicitur bona vel mala obiectiuè ſolùm, ex prædicta conformitate vel difformitate; non autem formaliter, per bonitatē vel malitiam à voluntate deriuatā. Alio modo ſumi quatenus verſatur C in executione, ſicque vt eſt effectus voluntatis: ita dicitur bona vel mala formaliter; non quidem intrinſeca denominatione à bonitate vel malitia ſibi inhærente, ſed appellatione extrinſeca à bonitate vel malitia exiſtente in voluntate. Vt enim actus à voluntate imperatus, prout in executione eſt, non à ſe habet vt humanus ſit, ſed à voluntate deliberata à qua imperatur: ita nec bonitatem, vel malitiam formaliter habet, niſi à voluntate.

De bonitate & malitia actus humani externi.

Itaque

Itaque ab eadem ſingulari bonitate A vel malitia, à qua volitio interna nuncupatur bona vel mala formaliter & intrinſecè, vocatur etiã externa actio, quæ eſt obiectum volitionis, bona vel mala formaliter, per externam appellationẽ. Quo fit, vt altera alteri bonitatem & malitiam viciſſim tribuat. Nã externa actio, ſumpta vt eſt in apprehẽſione, in ſe quidem bona eſt vel mala obiectiuè; & hac conſideratione eſt cauſa bonitatis vel malitiæ formalis, exiſtentis B in interna volitione: rurſuſque volitio interna, prout denominatione intrinſeca eſt bona vel mala formaliter, in cauſa eſt, cur actio externa, poſita in executione, ſit bona vel mala formaliter denominatione extrinſeca.

Bonum & malũ morale. Poſtremò nec illud præteriri debet, bonum & malum morale eſſe differentias eſſentiales humanarum C actionum. Quod hunc in modum breuiter oſtendi poteſt. Actiones humanæ ſumũt bonitatem & malitiam ab obiectis, ad quæ reſpectu tranſcendenti ſibi intrinſeco & eſſentiali referuntur: ergo per bonitatem & malitiam, quam ab ijs accipiunt, intrinſecè conſtituuntur. Item: bonum & malum ſunt differentiæ eſſentiales habituum: ſed pro differentia habituum eſt differentia actionum ex D habitibus prodeuntium; vt docet Ariſtoteles 2. Eth. capit. 1. cum ſimiles habitus ſimiles actus producant: igitur bonum & malum ſunt differentiæ eſſentiales humanarum actionum. Maior probatur: quia habitus bonus & malus, vt liberalitatis & prodigalitatis, diſtinguuntur ſpecie inter ſe; imò & contrarietate mutua ſibi repugnant: vt conſtat ex doctrina Ariſtotelis capit. de Oppoſ. & 2. E Eth. cap. 8. & 2. de Cœlo, capit. 4 Diſtinguuntur autem & pugnant inter ſe bonitate & malitia; vnde bonitas ponitur in definitione virtutis, qua virtus dicitur bona qualitas mentis; eodemque modo malum in definitione vitij qua vitium dicitur qualitas, ſecundùm quam animus malus eſt, &c. Non eſt igitur negandũ, bonum & malum eſſe differẽtias eſſentiales habituum, proindeque & humanarum actionum.

ARTICVLVS II.

Dilutio obiectorum.

Obiect. 1. OBijciat tamen aliquis: Multæ ſunt actiones humanæ, ex ſpecie ſua ad bonum & malum indifferẽtes; vt ambulare, canere: igitur bonum & malum non ſunt differentiæ humanarũ actionum. Deinde, quòd Obiect. 2. malitia non poſſit eſſe differentia intrinſecè conſtituens actum humanũ, ita probatur: Actus humanus eſt poſitiuum quid, vt ſatis conſtat: malitia verò moralis non poteſt eſſe aliquid poſitiuum: igitur nõ poteſt eſſe differentia conſtituens humanum actũ. Minor trifariam oſtẽditur. Primùm, quia malitia moralis eſt malũ quoddam: malum autem nihil aliud eſt, quàm priuatio boni. Itẽ: quia ſi malitia eſſet quid poſitiuum, obtineret rationem boni; cum omne ens poſitiuum ſit bonum: atque ita non iam eſſet malitia. Tertiò: quia cum Deus ſit cauſa omnis rei creatæ, ſi malitia foret aliquid poſitiuum & reale, iam Deus illius cauſa eſſet, proindeq. auctor peccati: quod dictu nefas eſt.

Dil. 1. ob. Ad primum horum dicendum: obiectũ, in quod humana actio in toto ſuo ambitu accepta fertur, triplicem ordinem poſſe habere ad rectam rationem: vnum conuenientiæ, quatenus videlicet rectæ rationi conſentaneum eſt: alterũ difformitatis, prout ab ea diſcrepat: tertium indifferẽtiæ, vt ex ſe nec eſt ei conforme, nec ab ea alienum. Quo patet, prçter bonum & malũ, quas diximus eſſe differentias humanarum actionum, aliam dari tertiam differentiam, poſitiuam quoq. & realem, qua actio ſuapte natura conſtituitur in ſpecie indifferentis: atque adeò actionem humanam non diuidi perfecta diuiſione in bonam & malam, vt probat argumẽtum; niſi ſumatur, prout exercetur in ſingularibus. Sic enim nulla eſt actio humana, quæ reuera non ſit

Digitized by Google

In ſingularibus non datur actio indifferens ad bonum & malum.

A actu bona aut mala: quia aut habet finem conſentaneum rectæ rationi, atque ita eſt bona: aut diſſentaneum, & eſt mala: aut caret fine conuenienti, & eſt etiã mala, quia otioſa. Quilibet enim omnib. actionibus quas edit (hæ verò neceſſariò ſunt in ſingulari) debet bonum finem apponere: quia tenetur intendere finem accommodatè ad ſuam naturam; quem ſi non adhibet, peccat ob defectum B huius circumſtantiæ. Lege D. Th. in 1. 2. q. 18. art. 9. & in 2. d. 40. q. 1. vbi alij etiam Doctores dubitationẽ hanc contrarijs ſententijs pertractant. Quidam namque affirmant; alij, quibus nos aſſentimur, negant, poſſe dari actum humanum in ſingulari, indifferentem ad bonitatẽ & malitiam moralem. Quod enucleare non eſt huius inſtituti.

Dil. 2. ob. Ad ſecundum, cõceſſa maiori neganda eſt minor, & ad primam eius probationẽ dicendum: licet malum, ſi abſolutè loquamur, non ſignificet niſi priuationẽ boni debiti, hoc eſt, priuationem rectitudinis, quæ actui ineſſe deberet: tamen malum, quod actum moralem habitumvè, tãquam differentia poſitiua, intrinſecè conſtituit, non ſignificare priuationem, ſed bono morali priuatiuè, ſed contrariè repugnare. Ad ſecundam dic: malum, de quo proximè egimus, eſſe bonum quid: dici tamen malum, tum quia ſemper habet coniunctam priuationem rectitudinis, quæ ineſſe deberet: tum quia eſt diſconueniens homini, cuius bonum (vt D. Dionyſius 4. c. de diu. nom. ait) eſt, ſecũdum rationem ſe habere. Ad tertiam: eſſe quidem Deum cauſam prædictæ entitatis, non tamen peccati: quia entitas illa non dicitur peccatũ, niſi quatenus ad illam reſultat priuatio moralis rectitudinis, eamque annexam habet. Quo pacto non proficiſcitur à Deo: quippe cum peccatum ſit defectus quidam moralis, qui attribui non debet niſi cauſæ morali, eiq. deficienti: quali reſpectu peccati Deus non eſt, ſed ſola voluntas creata.

QVAESTIO II.

Vtrum bonitas & malitia humanarum actionum pendeat etiam à circumſtantijs?

ARTICVLVS I.

Quot ſint circumſtantiæ humanarum actionum.

Circumſtantiæ humanarum actionum dicuntur, quod circumſtent actiones humanas, quaſi extrinſecus ſe habentes ad earum ſubſtantiã ſiue eſſentiam: vt explicat D. Thomas in diſputatis q. 2. C de Malo, artic. 6. Numerantur hæ circumſtantiæ à D. Baſilio ſer. 2. de Baptiſ. c. 8. à Boetio lib. 4. de diff. Top. à Tullio 1. de Inuent. à D. Tho. in 1. 2. q. 7. & alijs poſt Ariſt. 3. Eth. capit. 1. Comprehenduntur autem omnes hoc carmine:

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis, ſignificat accidentia perſonæ agentis: vt, vtrum qui interfecit ciD uis eſſet, an peregrinus. *Quid*, non ſignificat ipſam actus ſubſtãtiam (non enim actus poteſt eſſe circumſtantia ſui ipſius) ſed notat accidentia effectus per actum producti: vt ſi is, qui alium frigida abluit, nocumentum intulit. *Vbi*, ſignificat accidentia loci: vt vtrum palàm an occultè, in loco ſacro an profano ſcelus patrauerit. *Quibus auxilijs*, id eſt, quibus inſtrumentis aut medijs: vt, percuſſeE rit ne gladio, an fuſte. *Cur*, id eſt, ob quem finem: vt, an gratia rei priuatæ, vel ad patriam liberandam periculũ adierit. *Quomodo*, ſignificat actionis modũ: vt, dolo an bona fide fecerit. *Quando*, ſignificat accidentia temporis: vt, vtrum die feſto an pro feſto rem diuinam omiſerit.

Nonnulli, in quibus eſt D. Bonauentura in 4. diſt. 16. dub. 9. ad lit. Magiſtri,

A giſtri,&Paludanus ead diſt.q.3.plures faciunt circumſtantias. Verùm illæ omnes ad has ſeptem reducuntur: excepto numero actuum, quem illi vocant circumſtantiam *Quoties*. Sed hæc inter circumſtantias recenſeri non poteſt: quia circumſtantiæ circa eundem actum ſunt; numerus autem nō circumſtat vnam eandemque operationem;ſed diuerſas ac diſtinctas inducit.

B Vt autem ea,quę ad prędictas circumſtantias pertinent,meliùs intelligantur, quædam animaduertenda erunt. Primum eſt:circumſtantiarum quaſdā notabiliter augere malitiam vel bonitatem actionum moralium, quaſdam non. Enimverò cùm,e.g. alter furto accipit mille aureos,alter quadrantem; quantitas pecuniæ in priori furto reddit illud notabiliter graue,in poſteriori minimè. Secundum eſt: circumſtantiarum quaſdam C inuehere deformitatem vel bonitatem eiuſdem ſpeciei,quaſdam ſpecie differentem. Nam circumſtantia inſtrumenti, quo quis hominem interimit, nempe gladij aut fuſtis, non reddit homicidio malitiam diuerſam ſpecie: at cùm quis interficit hominem, vt eum ſpoliet, circumſtantia ſpoliationis furtive addit homicidio deformitatem nouæ ſpeciei; quādoquidem furtum ſpecie differt ab ho- D micidio. Tertium eſt: eam circumſtantiam addere actui malitiam vel bonitatem ſpecie differentem, quæ importat ſpecialem ordinem cōformitatis vel difformitatis ad rectam rationem & legem Dei: vt in ſuperioribus exemplis videre eſt.

Diuerſa genera circumſtantiarum.

Quæ circumſtātiæ differant ſpecie.

ARTICVLVS II.

Reſponſio ad propoſitam quæſtionem, & aliquot obiectorum dilutio. E

EX dictis facilè quiuis intelliget, quid ad quæſtionem initiò excitatam reſponderi oporteat:videlicet, bonitatem & malitiam humanarum actionum pendere etiam à circumſtantijs;quādoquidem hæ talem bonitatem & malitiam augere & minuere, atque interdum ad diuerſam ſpeciem trahere ſolent.

Sed erit, qui ita obijciat: Id quod confert actui rationem ſpecificam, non poteſt eſſe accidens illius: atqui circumſtantiæ ſunt accidētia actuum moralium, vt ſuprà diximus: igitur nulla circumſtantia poteſt tribuere actui diuerſam rationem ſpecificam, proindeq. nec ipſum ad ſpeciem diuerſam trahere. Item: ſi aliqua circumſtantia mutaret ſpeciem actus, ſequeretur, poſſe eandem actionem internam nunc eſſe bonam, dum videlicet tendit in bonum obiectum nulla circumſtantia vitiatum; nunc malam, ſi quis eundemmet actum cōtinuando adhibeat illi in progreſſu circumſtātiam, inanis gloriæ v.g.

Obiect. 1.

Obiect. 2.

Priori tamen obiectioni occurrendum erit:circumſtantiam,quæ mutat ſpeciem, neque eſſe circumſtantiam, neq; accidens, comparatione actionis cui ſpeciem tribuit; ſed reſpectu alterius, cui adiungitur: v. g. cùm quis occidit vt furtum committat, rem alienam nō eſſe circumſtantiam comparatione voluntatis furandi; nam reſpectu huius eſt obiectum, per ſe illi dans ſpeciem: ſed tam voluntatem furādi, quàm rem alienam, quæ eſt eius obiectum, eſſe circumſtantiam,ſi comparetur cum homicidio,cui ex accidente adiungitur. Poſteriori obiectioni non omnes eodem modo reſpōdent. Quidam concedunt, vnum numero actum internum eundem in genere naturæ poſſe (vt exemplo illo oſtendi videbatur) alio & alio tempore ſubire formalitates diuerſas ſpecie in genere moris; ita vt nunc bonus & meritorius,poſtea verò malus & demeritorius fit. Alij negant poſſe id fieri: aſſerentes: vbi primùm actui ſuperuenit aliqua circumſtantia mutans ſpeciem, non manere eundem numero actum internum,etiam in genere naturæ,ſed elici iam alium,& ſpecie,& re diſtinctum. Quam dubitationem fuſiùs perſequi non eſt huius loci.

Dilut. 1. obiect.

Dilut. 2.

DISPVTATIO SEXTA.

DE AFFECTIONIBVS ANIMI, quæ paſſiones vocantur.

DOctrinæ ratio poſtulat, vt ante Virtutum tractationem, de Paſſionibus diſſeramus. Nam cùm virtutum moralium nonnullæ appetitui ſenſitiuo hæreant, in eiuſque affectionibus moderandis & cohibendis verſentur, abſque harum notione virtutum natura & vis commodè explicari non poterit.

QVAESTIO I.

An appetitus ſenſitiuus rectè diuidatur in concupiſcibilem & iraſcibilem?

ARTICVLVS I.

Quæ argumenta oſtendere videantur, non rectè diuidi.

QVia paſſiones, vt progreſſu patebir, ſunt affectiones appetitus ſenſitiui, priuſquam de paſſionibus ipſis agamus, quædam circa iſtiuſmodi appetitum, ad propoſitam diſputationem cōducentia, pertractabimus. Ac primùm, quod diuiſio illa non ſit probanda, hiſce argumentis videtur concludi. Appetitus diſtinguuntur per affectiones: ſed affectiones, quæ attribui ſolent appetitui iraſcibili, conueniunt concupiſcibili: non ergo ij appetitus inter ſe differūt. Minor probatur: quia, vt docet Tullius 4. lib. Tuſc. quæſt. odium eſt ira inueterata: &, vt aſſerit D. Damaſcenus lib. 2. Fid. c. 16. & D. Greg. Nyſſ. lib. 4. Phil. cap. 14. ira conſtat ex triſtitia. Cùm igitur triſtitia & odium pertineant ad appetitum cōcupiſcibilem, ſequitur, iram, quam iraſcibili aſcribunt, in concupiſcibili verſari. Rurſus, amor habet ex parte

A corporis commotionem ſimilem ei, quam ira; quandoquidem tam ijs qui amant, quàm qui iraſcuntur, ſanguis & calor efferueſcit: ſed huiuſmodi alterationes ex parte corporis ſunt quaſi materiæ paſſionū, quæ illarum diſcrimen ſuo modo arguunt: non ergo actus amandi ab actu iraſcendi videtur diſtingui.

Secūdò: in rebus naturalibus vno eodemque pondere feruntur corpo-

B ra in natiuam ſedem, & reſiſtunt ijs quæ ipſorum motum impediunt: ſimiliterque ignis v. c. eodem calore agit in aquam, & repugnat frigori. Pari ergo ratione vnus idemque appetitus ſat erit ad noxia fugienda, & conuenientia ſectanda; itemq. ad reſiſtendum contrarijs. Quare &c.

Tertiò: appetitus ſenſitiuus ſupponit apprehenſionem: ſed eadem vi apprehenditur noxium & conue-

C niens: ergo & eadem facultas appetens feretur in vtrumque. Cùm igitur ob nullam aliam rationem videantur diſtingui appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis, niſi quòd alter habeat pro obiecto conueniens, alter noxium; non eſt quòd illos re ipſa inter ſe diſtinguamus.

Quartò: In parte rationali hominis datur vnus tantùm appetitus, nempe voluntas: ergo & in parte ſenſitiua vnus duntaxat appetitus dabitur.

ARTICVLVS I.

Explicatio controuerſiæ.

SIt tamen concluſio: Rectè diuiditur appetitus ſenſitiuus in iraſcibilem & concupiſcibilem, vt in duas potentias realiter diſtinctas. Hæc eſt contra Gabrielem in 3. diſtinct. 25. 26. quæſt. 1. artic. 3. dub. 1. vbi putat, duplicem hunc appetitum differre ſola ratione, per ordinem ad diuerſos actus: eſt tamen Philoſophorum communis Ariſtotelis 1. magn. Moral. capit. 13. Platonis 4. lib. de Republ. vbi vtrumque appetitum à ratione & inter ſe diſtinguit: aiens Conſulatui in vrbe reſpondere in homine rationem, Quæſtuario cupiditatem, Auxiliario iraſcendi appetitum. Eſt etiam D. Damaſceni lib. 2. Fid. Orth. capit. 12. D. Gregorij Nyſſeni lib. 4. Philoſoph. capit. 8. D. Thomæ 1. part. quæſt. 81. artic. 2. Henrici Gandauenſis quodlib. 8. quæſt. 15. D. Bonauenturæ in 3. diſtinct. 33. artic. 1. quæſt. 3. Mag. Alberti 3 de Anima, tractat. 4. capit. 2. & in ſum. de homine, tractat. de iraſcib. quæſt. 2. Probatur autem à D. Thoma loco citato: quia ſicuti alijs rebus naturalibus corruptioni obnoxijs, non ſolum conuenit inclinatio ac vis, ad conſectanda ſibi conuenientia & fugienda aduerſa, ſed etiam ad reſiſtendum contrarijs: vt patet in igni, qui non ſolum propenſionem ac virtutem obtinet vt locum infimum deſerat, & in ſuperum euadat; ſed etiam calorem, vt ijs quæ ſibi perniciem moliuntur obſiſtat: ita oportet in ſenſitiua parte dari duplicem vim appetentem: vnam, per quam animal ſimpliciter inclinetur ad proſequenda ea, quæ conueniunt ſecundum ſenſum, & deuitanda noxia; quæ pars concupiſcibilis dicitur. Alteram, per quam propulſet aduerſantia, & obſiſtentur ijs, quæ vtilia ſalutaria vè remouent aut oppugnant, vel quoquo modo nocumentum inferunt; vnde eius obiectum dicitur arduum

Ratio D. Thomæ.

Vis concupiſcibilis.

A ac difficile: atque hæc vis iraſcibilis nuncupatur: quæ eo differt à priori, quòd illa tendat in bonum ſenſibile abſolutè; hæc in bonum etiam ſenſibile, ſed tamen quatenus difficile & arduum: non quòd ipſam difficultatem expetat, ſed vtilitatem potius, quæ in concupiſcibilem redundat, prout ipſius iraſcibilis opera & miniſterio ei remouentur impedimenta & difficultates, quæ ob-B ſtant, ne bonum quod optat adipiſcatur.

Vis iraſcibilis.

Quòd verò prædictæ potentiæ ſiue inclinationes re ipſa diuerſæ ſint, ex eo oſtenditur: primùm, quia non reſident in eadem omnino parte corporis, vt in progreſſu oſtendemus. Deinde, quia interdum animal contra appetitionem concupiſcibilis ingerit ſeſe rebus triſtibus, vt per affectum iraſcibi-C lis aduerſantia impugnet auertatque: quod per eandem potentiam fieri non poſſet. Vnde iraſcibilis paſſiones inteſtino ac domeſtico bello nunnunquam repugnare videntur motibus concupiſcibilis: quia concupiſcentia inflammata plerumque iram frangit, & ira accenſa concupiſcentiam minuit. Quo etiam patet, iraſcendi vim eſſe quaſi propugnatricem concupiſcentiæ, D dum arma corripit, certatque aduerſus ea, quæ res concupiſcibili gratas ac iucundas impediunt, & noxias inuehere conantur. Ideoque vt D. Thomas tum loco citato, tum ex profeſſo in 1. 2. quæſt. 25. artic. 1. explicat, iræ à cupiditatis affectibus initium capiunt, in eoſdemque terminantur & deſinunt: vt cum ira ex illata triſtitia oritur, & qui vindictam ſumit percepta læti-E tia ad tranquillitatem redit. Quo ſpectat illud Ariſtotelis 4. Eth. capit. 5. vltio modum finemque iræ adhibet, cum pro dolore voluptatem efficit.

Ira à cupiditate oritur.

Quæri ſolet, vtra ex his potentijs alteri dignitate præferenda ſit? Henricus Gandauenſis quodlib. 8. quæſt. 15. præfert concupiſcibilem. Pro qua opinione facit; quòd iraſcibi-

Dub.

lis eſt quaſi miniſter concupiſcibilis; vt ex dictis patet, innuitque Ariſtoteles lib. 8. de hiſt. anim. capit. 1. docens, animalia iraſci & pugnare propter concupiſcibilia. D. Thomas de verit. quæſt. 25. artic. 2. oppoſitam ſententiam videtur amplecti, cùm dicat iraſcibilem eſſe facultatem ſuperiorem, ſicuti æſtimatiua inter potentias ſenſitiuas apprehenſiuas dignior habetur. Quod ex eo ſuadet, quia turpius eſt non cohibere concupiſcentiam, quàm iram; cùm hæc multò minùs, quàm illa rationem & iudicium perturbet.

Solu. dub. Hæc dubitatio ita explicanda eſt, vt dicamus, ex parte obiecti, atque adeò ſimpliciter, appetitum concupiſcibilem nobiliorem eſſe iraſcibili: quandoquidem ille fertur directò & immediatè in bonum, pertinẽs ad conſeruationem animalis; hic verò immediatè tendit in remouens prohibens. Item (quod in idem recidit) quia potentia, quæ proximè ordinatur ad finem, excellentior eſt, quàm quæ occupatur circa media: at concupiſcibilis proximè ordinatur ad finem; quia tendit in bonum ſenſibile ſecundùm ſe: iraſcibilis in id, quod vtile eſt & conducens ad illud obtinendum. Concedi tamen poteſt, iuxta aliam conſiderationem iraſcibilem concupiſcibili præſtare, quatenus immoderata affectio iræ minùs pernicioſa eſt, quàm concupiſcentia; vt D. Thomæ ratio ſuadebat.

ARTICVLVS III.

Solutio argumentorum primi articuli.

Rationes, quę oſtendere videbãtur, non dari duplicem appetitum ſenſitiuum, ita diluũtur. Diluitur 1 Ad primam conceſſa propoſitione negãda eſt aſſumptio, & ad eius probationem dicendum: odium dici iram inueteratam, non quòd temporis diuturnitate ita fiat odium; ſed in ſenſu, quem cauſalem vocant: quia nimirum diuturna ira odium efficit.

A Similiter iram conſtare ex triſtitia; non vt ex parte componente; ſed naſci ex illa tanquam ex cauſa effectrice: quia ex cõcupiſcibilis appetitionibus obueniunt affectus iraſcibilis. Poſtremò id, quod eodem argumento obijcitur de alteratione, quam ira & amor corpori inferunt, diſſoluit S. Thomas 1. 2. q. 48. artic. 2. huiuſce verbis: *Feruor, qui conſequitur calorem, alia ratione pertinet ad amorem, alia* B *ad iram. Nam feruor amoris eſt cũ quadam dulcedine & lenitate: eſt enim in bonum amatum, aſſimilaturque calori aeris & ſanguinis: vnde ſanguinei ſunt ad amandum propenſiores: diciturque ad amorem incitare iecur, in quo fit ſanguinis generatio. Feruor autem iræ eſt cum amaritudine ad conſumendũ, quia tendit ad punitionem contrarij: ideoque aſſimilatur calori ignis.* Hæc ferè D. Thomas. Feruor amoris. Feruor iræ.

C Ad ſecundum reſpondendum; nõ eandem eſſe, quoad id quod argumento petitur, rationem, in inclinatione corporum ad propria loca, & in appetitu ſenſitiuo comparatione ſui obiecti. Dilut. 2. Nam cùm interdum iraſcibilis contra propenſionem concupiſcibilis in obiectum feratur, cogimur fateri, hos duos appetitus inter ſe neceſſariò diſtingui. Quod tamen non cernimus in corporibus, vt ad loca propria tendunt, D & itineris impedimenta remouent. Conceſſimus tamen, in illiuſmodi corporibus dari diuerſa principia, ad reſiſtendum corrumpentibus, & ad naturalia loca petenda: vt in igni calorem & leuitatem.

Ad tertium, conceſſa maiori & minori, dicendum: appetitum concupiſcibilem tendere in vtrumque, Dilut. 3. nimirum in id quod conueniens E eſt, & in id quod noxium: proindeque non differre concupiſcibilem ab iraſcibili, quòd ille in conueniens, hic in noxium tendat: ſed quòd ille ſimpliciter inclinetur ad proſequenda conuenientia, & declinanda noxia; hic verò feratur in arduum, reſiſtendo aduerſarijs, quæ conuenientia oppugnant, & nocumentum inuehunt, vti diximus.

Ad

Digitized by Google

Dilut. 4. Ad quartum: ſæpè ea quæ in ſuperioribus vnita ſunt ſpargi, atque in plura membra ſecari in inferioribus: vt patet in potentia cognoſcitiua immateriali, & in potentijs cognoſcitiuis organicis. Quare nihil mirum, ſi appetitus intellectiuus ſit vnus, & ſenſitiui duo: præſertim cùm hi hæreant in corpore, & in eo diuerſam exigant diſpoſitionem, vt paulò pòſt dicemus.

QVAESTIO II.

An Vterque appetitus ſenſitiuus in corde ſedem habeat?

ARTICVLVS I.

Platonis, & quorundam aliorum ſententia.

ALcinous in lib. de Plat. doctr. cap. 37. ait, ſecundum * Platonem iuniores Deos, qui tornandi humani corporis curam ſuſceperant, cùm in capite rationis & ſapientiæ domicilium conſtituiſſent, ne pars illa diuina inquinaretur, mortalibus paſſionibus, hoc eſt, vtrique appetitui proprias prouincias deſignaſſe: iracundię præcordia; cupidini locum prope diaphragma, ibique vim eam quaſi furioſum & agreſte animal ligaſſe: quinetiam condidiſſe pulmones cordis gratia molles & ventoſos, atque inſtar fiſtulæ cauos & ſpongiæ ſimiles, vt cor irę ardore nonnunquam ęſtuans refrigeratione mitigaretur: ſimulque iecori, ad excitandam concupiſcentiam animæ, ruſuſque ſedandā, dulcedinem & amaritudinem indidiſſe. His ſimilia ſcripſit Apuleius in lib. de dogm. Plat. ſtatuens mentem capitis arcem tenere; iraſcentiam procul à ratione ad domiciliū cordis deductum eſſe; cupidinem atque appetitus poſtremam portionē iuſernas abdominis ſedes occupaſ- A ſe, vt popinas quaſdam & diuerſoria nequitiæ atque luxuriæ: religatā verò iccirco longiùs à ſapientia hāc partem videri, ne importuna vicinitas rationem deſuper conſtitutam ipſa cognitionum vicinitate perturbaret.

* Plato de conformatione corporis humani.

Alij affectum iracundiæ in felle conſtitutum putant, pauoris in corde, lætitiæ in ſplene. Cui diſtributioni ea ratio aſtipulatur, quòd è tri- B bus humoribus recrementitijs, qui è chilo ſecernuntur, bilis ad veſicam fellis demandatur; conſtat autem bilem irritamentum eſſe iracundiæ; vnde & biliosi iracundi eſſe conſueuerunt. Itaque veriſimile hinc fit, iram in fellis conceptaculo reſidere. Ineſſe autem pauorem in corde, ſuaderi poteſt ex eo, quia qui timent confeſtim ſanguinem & calorem euocant ad præcordia, vbi videlicet C trepidatio potiſſimùm eſt. Item, quia animalia, quæ pro ſui corporis magnitudine maius habent cor, timidiora ſunt: nimirum quòd virtutem pauoris expultricem magis ſparſam habeant; cùm tamen virtus vnita actuoſior, fortiorque ſit, quàm diſperſa. Poſtremò, quòd lætitia in ſplene locum obtinuerit, argumento eſſe poteſt, quòd (vt Medici tradunt) ijs, qui ſplene laborant, rarus D ac difficilis ſit riſus, qui lætitiæ & hilaritatis comes eſt.

Aliorum opinio.

Lege Ariſ. l. 3. de par. anim. c. 4. Plin. li. 11. c. 37. D. Tho. 1. 2. q. 45. a. 3

Galenus lib. 3. de loc. aff. & in lib. qui inſcribitur, *quòd animi mores corporis temperamentum ſequantur*; exiſtimat, appetitum concupiſcibilem reſidere in hepate; quod ij, qui multo abundant ſanguine, ſuopte ingenio procliuiores ſunt ad libidinem: appetitum verò iraſcibilem ponit in corde. Pro qua parte confirmanda E ſunt ex rationes, quas mox ſubijciemus.

Sententia Galeni.

ARTICVLVS II.

Verę opinionis explicatio.

SIt tamen noſtra cōcluſio: Vtrumque appetitum in corde ſedem habere. Ita ſtatuit Hippocrates, Zeno,

Digitized by Google

Zeno, Poſidonius, Chryſippus, cetc-A riqueeiuſdem familiæ alumni. Item Ariſtoteles, Theophraſtus, & alij Peripatetici; quos refert Veſalius & alij. Probatur autem huius ſententiæ veritas ex eo; quia omnis affectus, ſiue, iræ, ſiue cupiditatis, in corde perturbationem excitat, in eoque mox ſentitur: tum verò, quia cor Philoſophorum conſenſu eſt origo & fons omnium vitalium operationum; in quo proinde appetitus ad ſeruãdam B vitam, & pericula propulſanda à natura dati conſiſtere debuerunt. Sciẽdum tamen, non in eadem cordis parte vtrumque appetitum reſidere, ſed locis aliquantulum diſcretis, ob diuerſam qualitatum compoſitioné, quam ira & cupiditas exigunt: ira enim affluentia caloris & ſiccitatis gaudet; cupiditas abundantia humiditatis & caloris.

Diluuntur rationes in contrariam partem.

Rationes autem, quæ in oppoſi- C tum huius ſententiæ adductæ fuerunt, non perſuadent. Non enim biilioſi propterea iracundi ſunt, quòd ira in veſica fellis reſideat; ſed quia flaua bilis calida eſt & ſicca, quę qualitatum compoſitio iram mouet nutritque. Nec iccirco qui ſplenem malè affectum habent ſeſe triſtiores exhibent, quòd ſplen hilaritatis & lætitiæ habitaculum ſit; ſed quia vberior atræ bilis copia inibi collecta triſtitiæ affectum inducit. Nec ij qui D plurimo ſunt ſanguine ideò frequẽtiores cupiditatum inſultus experiuntur, quòd concupiſcentia in iecore, quaſi hydra in lacu Lernęo incubet; ſed quia calido & humido ſunt temperamento, quod cupiditatus æſtum ciet. Illa verò argumenta, quæ probabant pauorem ineſſe in corde, non eſt cur à nobis diluantur, cùm noſtram ſententiam confirment.

QVÆSTIO III.

Vtrum definitio paſſionis rectè ſe habeat?

ARTICVLVS I.

Definitur paſſio à Philoſophis: *Motus appetitus ſenſitiui, ex apprehenſione boni vel mali, cum aliqua mutatione non naturali corporis.* Vt autem hæc definitio intelligatur, aduertendum erit, paſſionem trifariã ſumi: vno modo pro receptione cuiuslibet rei, ſiue per eam id quod patitur aliquid abijciat, ſiue non: qua vſurpatione ſcripſit D. Dionyſius 2. cap. de diu. nom. ſanctiſſimum virum Hierotheum diuina patientem multa didiciſſe; ſic etiam pati aer dicitur, cùm Solis luce colluſtratur. Secundò, pro receptione cuiuſque rei cum abiectione alterius, ſiue id quod abijcitur ſit conueniens rei naturæ, ſiue repugnans: quo modo aqua patitur, cùm refrigeratur aut calefit. Tertiò, pro receptione cuiuſque rei, cum expulſione eius quod naturæ patientis accommodatum erat: quæ acceptio propria & germana eſt: id enim proprie pati dicitur, quod à diſpoſitione ſecundùm naturam, ad eam quæ ſecundam naturam non eſt perducitur.

Lege D. Thom. de Verit. qu. 26. arti. 3. & in 1. 2. q. 22. art. 1.

Deinde aduertendum cor perenni dilatationis & contractionis motu cieri, motumque hunc naturalem eſſe, & animantium naturæ conueniẽtem, quamdiu fit certa quadam intenſione, quæ cum eorum tempera- E mento proportionem habeat: quòd ſi ab ea intenſione per exuperantiã aut defectum recedat, fieri non accommodatum.

De hoc motu ſcripſimus l. 7. Phyſ. c. 1. q. 1. art. 4 & I par. nat. l. de Reſpir. ca pit. 7.

Tertiò aduertendum, inter omnes actus potentiarum, tum cognoſcentium, tum appetentium, eos duntaxat, qui ad appetitum ſenſitiuum pertinent, ſuapte natura ſemper fieri cum aliqua trãſmutatione corporis,

Digitized by Google

poris, quæ animal à ſua naturali diſpoſitione deijciat. Cuius rei eā ratio eſt, quia hos tantùm actus proximè ac per ſe conſequitur incitatio, aut remiſſio motus, quo dilatatur vel contrahitur cor. Enimverò ſi actus appetitus ſenſitiui ad fugam retractionemve ſpectent, vt timor & triſtitia, remiſſionem efficiunt in motu dilatationis, proindeque maiorem contractionem: ſi verò pertineant ad proſecutionem delectationemque, vt amor & lætitia, maiorē inuehunt cordis dilatationem. Diximus, propriè & per ſe: quia remotè & ex accidente etiam ex actibus aliarum potentiarum ſequitur intenſio & remiſſio in motu cordis, vt ex apprehenſione boni & mali, & ex actu voluntatis; remotè tamen, & interuentu appetitus ſenſitiui. In quam ſententiam lege D. Thom. in quæſt. de Verit. q. 6. art. 3.

Lege D. Tho. 1. 2. q. 24. ar. 2. ad 2.

His ita explicatis iam liquidò cōſtat, cur paſſiones dicantur fieri cum mutatione non naturali corporis: videlicet quoniam ijs diſtrahitur cor à motu ſibi naturali. Etſi inter paſſiones aliæ motionem afferant minùs, aliæ magis à natura alienam: magis, vt dolor & triſtitia, quæ contractionem pariunt; minùs, vt lætitia & delectatio, quæ dilatationem cordis efficiunt: eſt enim magis naturæ conſentaneum dilatari, quàm contrahi.

ARTICVLVS II.

Conſectaria quadam.

EX dictis nonnulla inferuntur conſectaria. Primum eſt: Paſſiones nōn propriè ad appetitum rationalem pertinere. Vt conſtat ex earum definitione, & ex ijs quæ tradidit Ariſtoteles in proœmio librorum de Anima, Plato in Philebo, Cicero in 1. Tuſc. quæſt. D. Damaſc. lib. 2. Fid. ort. capit. 22. D. Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Dei, cap. 5. ediſſeritque S. Thomas in 1. 2. quæſt. 22. art 3. Itaq; gaudium, amor, & lætitia, alijque einſmodi affectus, prout in voluntate

A cernuntur, non propriè, ſed ſimilitudine quadam paſſiones vocari poſſunt.

Secundum eſt: Abhorrere à veritate ſententiam Chryſippi, qui (vt liquet ex ijs, quæ à Cicerone lib. 4. Tuſc. quæſt. & à Galeno li. 4. de plac. Plat. & Hippo. cap. 2. prodita ſunt) exiſtimabat, perturbationes eſſe iudicia, opinionesve. e. c. ægritudinem eſſe recentem opinionem præſentis

Reijcitur Chryſippi ſententia.

B mali, in quo dimitti contrahique animo rectum videtur: metum opinionem mali impendentis, quod intolerabile eſſe iudicatur. Deprehenditur autem huiuſce dogmatis falſitas ex eo, quia obiecta paſſionum ſunt bonum & malum: quæ non ad vim cognoſcentem & eius actus, cuiuſmodi ſunt opiniones & iudicia; ſed ad appetentem eiuſque munia ſpectant. Quòd ſi quis pro Chryſippo

C reſpondeat, eum non in ſenſu formali perturbationes iudicia vocaſſe, ſed in cauſali; quia nimirum ex opinione ſiue apprehenſione mali oritur, v. g. paſſio timoris: occurrit Galenus loco cit. eum reuera in ſenſu formali fuiſſe locutum.

D

QVAESTIO IIII.

Vtrum paſſiones cadant in animum ſapientis?

ARTICVLVS I.

Philoſophorum dogmata.

E NEgatiuam partē huiuſce quæſtionis defendebant Stoici, contendentes, eum qui verè ſapiens ſit, debere animi paſſionibus omni ex parte vacare; pro his tamen habere tres *εὐπαθείας* (Cicero 4. Tuſc. quæſt. *conſtantias* nominauit) id eſt, pro cupiditate voluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem. Pro ægritudine verò ſeu dolore negabant eſſe poſſe aliquid

Sententia Stoicorū. Lege Lac[illegible] tium lib. 6. cap. 15. Senec. lib. de trāquil. vitæ. Tulliū in orat. pro Murena.

in

Digitized by Google

Gal. in tra-ctã. de cur. affect.

in animo ſapientis. Voluntas enim A bonum apperit, quod facit ſapiens: gaudium eſt de bono adepto, quod ſapiens adipiſcitur: cautio deuitat malum, quod debet ſapiens effugere. At quia triſtitia de malo eſt quod iam accidit, & nullum malum exiſtimabant poſſe accidere ſapienti; nihil in eius animo pro illa ponebant.

Ideo verò Stoici in eam ſententiam adducti ſunt, quia indignum B iudicabant homine ſapiente, perturbationibus concuti: cum hæ animi morbi ſint. Itaque hûc in modum diſputabant: Qui morboſi ſunt, ſani non ſunt: qui ſani non ſunt, inſipiẽtes ſunt: igitur qui morboſi ſunt, non ſunt ſapietes: at ij, qui paſſiones ſentiunt, morboſi ſunt; quandoquidem paſſiones ſunt ægritudines animi: ergo, &c.

Opinio Plat. & Perip.

Platonici autem & Peripatetici C contrariam partem ſecuti ſunt, aientes: non poſſe hominem, quantumlibet ſapientem, paſſionibus omnino vacare. Cuius ſententiæ fundamenta artic. 2. proponemus. Cicero in lib. de Fin. & D. Auguſtinus lib. 9. de Ciu. Dei capit. 4. arbitrantur, hos Philoſophos de verbis potius, quàm de rebus facere controuerſiam: nimirum Stoicos non quaslibet motiones appetitus, ſed turbulentas, & D quę prodeunt extra limites rationis, animumque ad vitia inflectunt, paſſiones vocare: alios autem Philoſophos paſſionum vocabulo indiſcriminatim vti, pro quouis motu appetitus ſenſitiui.

Lege D. Th. 1. 2. q. 24. ar. 10.

ARTICVLVS II.

Vera ſententia explicatio.

QVæcunque tamen Stoicorum mens fuerit, negari non debet, paſſiones cadere etiam in eos, qui veræ ſapientiæ & magnarum virtutum ornamentis præditi ſunt: cum illæ naturaliter oboriantur; cumque ſi eis rationem dominam (cui ciuili obedientia obſequuntur) præficiamus, ad moderationem & mediocritatem adduci poſſint, atque ad virtutum officia reuocari, & laudem ac præmium mereri. Itaque ſi paſſiones ſecundùm ſe ſpectentur, id eſt, vt ſunt motus quidam irrationalis appetitus, non conuenit eis malum aut bonum morale, quod à ratione pendet: conuenit tamen, ſi conſiderentur prout ſubiacent imperio voluntatis & rationis. In quam ſententiam D. Auguſtinus, lib. 14. de Ciuit. Dei capit. 8. *Cupiunt*, inquit, *timent, lætantur & boni & mali: ſed illi bene, iſti malè; ſicut hominibus ſeu recta ſeu peruerſa voluntas eſt*. Denique, ſi Stoicorum dogma ita intelligatur, vt omnem motum appetitus vitioſum eſſe, & à virtute alienum ſtatuant, haud dubiè cœleſtis diſciplinę veritati repugnat: vt idem ſanctus Doctor capit. 9. eiuſdem libri multis Sacræ paginæ teſtimonijs confirmat. Conſule D. Ambroſium tractat. de obitu Gratiani, & in lib. de incarn. Domini, capit. 7. D. Auguſtinum 14. de Ciuit. Dei, capit. 9. D. Gregor. Nyſſenum in diſput. de ani. & reſurr. Lactantium lib. 6. à capit. 15.

Obijciat tamen aliquis: Id quod ad peccatum inducit, habet rationem mali: atqui paſſiones inducunt ad peccatum, vnde à D. Paulo 7. capit. epiſt. ad Rom. paſſiones peccatorum dicuntur: ergo. Item: paſſiones ſunt ægritudines animi, ac proinde vitia: igitur nulla earum poterit honeſti rationem ſortiri. Præterea: ijs, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, nec laudem nec vituperationem meremur: ſed paſſiones nō ſunt in noſtra poteſtate; ſiquidem ijs, vt docet D. Auguſt. 14. de Ciuit. Dei, c. E inuiti cedimus: igitur ijs non meremur; quod tamen paulò antè negauimus. Obiect. 1. 2 3

Ad primum horum dicendum: paſſiones, ſi ſumantur vt deflectunt à ratione, inclinare ad peccatum; ſi vt ordinantur à ratione, non ita ſe habere, ſed ad virtutem ſpectare. Ad ſecundum: paſſiones dici morbos animi ſiue ægritudines, non prout à ratione gubernantur, ſed quatenus ab eius Dilut. obiect. 1. 2

Digitized by Google

abeius regula moderationeque deſciſcunt. Vnde patet, quid Stoicorum argumento reſpondendum ſit. Ad tertium: conceſſa maiori neganda eſt minor, ſi ita intelligatur, quaſi nullo modo poſſimus paſſiones compeſcere aut moderari: & ad eius confirmationem dicendum, nos cedere inuitos paſſionibus, non quo ad conſenſum, cùm eis non niſi voluntate conſentiamus; ſed quo ad aliquam corporis tranſmutationem, cuiuſmodi eſt interdum commotio riſus, fletus, aliæque eiuſmodi.

QVÆSTIO V.

Vtrum animi paſſiones rectè à Philoſophis numerentur?

ARTICVLVS I.

Solutio quæſtionis.

PLato in Theæteto affirmat, eas paſſiones, quæ nomen habent, multas eſſe; quæ carent nomine, innumeras. lib. 9. de Rep. inquit, hominem eſſe quaſi monſtrum & ſphyngem quandam, ex variorum animantium partibus conflatam: & cupiditatem eſſe partem latiſſimam, multa beſtiarum, id eſt, paſſionum capita continentem. In Timæo ſex enumerat perturbationes: voluptatem & dolorem, tanquam principia; quibus accedant audacia & metus, ira & ſpes. In 1. de leg. ait, quemlibet noſtrum eſſe vnum, & habere in ſe conſiliarios duos contrarios & amentes, voluptatem & dolorem: ad quos accedunt futurorum timor & confidentia.

Quatuor præcipuæ paſſiones.

Qui paſſionem in commune aptiori methodo diſtribuerunt, eam in quattuor ſumma veluti capita partiti ſunt: videlicet in gaudium & triſtitiam, ſpem & timorem. Quam diuiſionem tradit D. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. cap. 3. D. Hieronymus in comment. ad ca. 1. Ezech. Cicero lib.
A 4. Tuſc. quæſt. Boetius 1. de Conſo. Philoſ. metro 7.

Gaudia pelle, pelle Timorem, Spemq; fugato,
Nec Dolor adſit.

Virg. 6 Aeneid.

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentque.

Solent autem hæ quattuor paſſiones comparari quattuor principalibus ventis: quòd vt hi mare tempe-
B ſtatibus, ſic illæ animum turbulentis motibus perturbent. Quod ita quidam expreſſit:

Spes leuat arrectos: metus alto à vertice fluctus
Deycit: hinc animum pulſat furibunda voluptas:
Inde dolor: fluctus ceu fracti fluctibus alium
Clamorem ingeminant piceis abſcondita nimbis:
C *Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.*

Porrò dicuntur ex quatuor paſſiones omnium præcipuè, quatenus aliarum complemētum, vel finis ſunt; ideoque alias omnes conſequuntur: vt docet Ariſt. 2. Eth. c. 1. Timor autē & Spes non ſimpliciter eiuſmodi complementum obtinent, ſed in genere motus appetitiui ad aliquid. Namque reſpectu boni incipit mo-
D tus in amore, progreditur ad deſiderium, terminatur ſpe: comparatione mali incipit ab odio, tendit in fugam, finitur timore. Quo fit, vt numerus harum quatuor paſſionum ſecundùm differentiam præſentis & futuri ſpectetur: motus enim futurum reſpicit, quies in aliquo præſenti eſt. Igitur de præſenti bono eſt gaudium; de præſenti malo triſtitia: de bono futuro ſpes; de malo futuro ti-
E mor. Ceterę verò paſſiones, quę circa bonum vel malum, præſens aut futurum verſantur, ad has complexiue reducuntur.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Diuiſio paſſionis in minutiores ſpecies.

Si tamen paſſionum genus in ſuas ſpecies minutiùs concidere velimus, vndecim inueniemus: quarum numerus ita colligi poteſt. Paſſionum quædam reſpiciunt bonum aut malum ſimpliciter, pertinentque ad appetitum concupiſcibilem: aliæ bonum aut malum arduum, ſpectantque ad iraſcibilem. Illæ ſex ſunt: tres reſpectu boni, totidem reſpectu mali. Oblata enim re bona, excitatur primùm in concupiſcibili amor illius: quòd ſi ea res abſens ſit, conſurgit deſiderium; ſi præſens, delectatio ſeu gaudium. Similiter oblata re ſub ratione mali, oritur primùm in concupiſcibili odium amori cõtrarium: quòd ſi res quam odio proſequimur abſit, oritur ſtatim fuga, deſiderio aduerſaſi adeſt, naſcitur triſtitia ſeu dolor, delectationi inimicus. Paſſiones autem, quæ bonum vel malum arduum reſpiciunt, & ad iraſcibilem ſpectant, ſunt quinque: duę reſpectu boni, tres reſpectu mali. Etenim ſi obijciatur res ſub ratione boni ardui, quam quis obtinere ſe poſſe iudicat, prouenit ſtatim in iraſcibili ſpes: ſi putet eam ſe conſequi non poſſe, exiſtit deſperatio. Non eſt in iraſcibili aliquis motus reſpectu boni quod iam adeſt & poſſidetur: quia quod iam adeptum eſt non habet rationem ardui. Aliæ verò tres paſſiones iraſcibilis, comparatione mali A ardui, hunc in modum colliguntur. Malum arduum aut præſens eſt, aut non eſt. Si non eſt, oritur timor, vel audacia: timor, ſi id formidemus & refugiamus; audacia, ſi aggrediamur. Quòd ſi præſens eſt, conſurgit ira, qua animus exardeſcit ad ſumendam vindictam, & ad præſens malum depellendum.

Rurſus ex ipſæ paſſiones, de quibus B hactenus egimus, in alias diſtribuuntur. Nam v. g. amor reſpectu eius, cui aliquod optamus bonum, dicitur amicitia: reſpectu verò ipſius boni, quod illi optamus, dicitur amor concupiſcentiæ, &c.

Seruant autem prædictę paſſiones hunc inter ſe ordinem. Quędam ſunt veluti motus principium, videlicet amor & odium: his enim inclinamur ad aliquid optandum fugiendumue; C ſicuti lapis grauitate propendet ad deſcenſum. Quædam ſeſe habent veluti motus nempè, deſiderium & fuga. Aliæ denique vt quies & terminus motus, veluti delectatio & triſtitia: delectatio enim eſt vti quies in loco ſibi idoneo & conueniente; triſtitia vt quies in oppoſito loco. Quoniam ergo principium motus ipſo motu prius eſt, & motus prior D quiete: ideo inter paſſiones appetitus concupiſcibilis, quę circa bonum verſantur, amor eſt prior deſiderio, deſiderium delectatione: Inter eas verò, quæ ad malum tenduntio, dium prius eſt fuga, fuga prior quam triſtitia.

DISPV-

DISPVTATIO SEPTIMA.

DE VIRTVTIBVS IN COMMVNE.

RElinquum eſt, vt de Virtutibus diſſeramus. Ac primò de ijs in genere: poſtea verò particulatim. Quæ diſputatio præcipui in morali Philoſophia momenti eſt: propterea quòd virtutibus boni efficiamur, & ab ijs manent actiones ſtudioſæ, ſine quibus felicitas, quæ moralis diſciplinæ ſcopus eſt, obtineri non poteſt.

QVAESTIO I.

Vtrum definitio Virtutis rectè habeat?

ARTICVLVS I.

Dubitationis explicatio.

VArias Virtutis definitiones tradit Plato in Menone, Alcinous in lib. de eius doctr. Ariſtoteles lib. 2. Eth. cap. 6. & in libello de Virtut. (ſi eius eſt illud opus) & Plutarchus in lib. de Virt. morum: multas etiam colligit Alexander Alenſis 3. p. ſum. quæſt. 16. art. 1. Vt autem quænam ex ijs probari debeat ſtatuamus, aduertendum eſt, duo eſſe genera virtutum: vnum earum, quæ noſtris actibus acquiri poſſunt; vt fortitudo, temperantia: alterum earum, quæ immediate infunduntur à Deo; vt fides, ſpes, charitas. Item, virtutum alias eſſe morales, quæ videlicet in appetitu, ſiue intellectiuo, ſiue ſenſitiuo inſident: alias intellectuales, quæ in intellectu. Inter quas (vt nunc breuiter dicamus) illud eſt diſcrimen, quòd morales nō ſolùm bonam actionem efficiant, ſed benè; reddantque eius vſum bonum, ex parte finis & aliarum circumſtantiarum, quæ ad opus

Diſcrimē inter virtutes intellectuales & morales.

A cohoneſtandum requiruntur, quæq. dum adhibentur, dicitur opus non in eo tantùm genere, ſed abſolutè bonum, habentemque ſimpliciter bonum appellat. Ad rationem verò intellectualis virtutis ſat eſt efficere actionem, ſiue opus bonum in ſuo genere, eſto aliunde vitietur, v. g. ad Metaphyſicam, quæ eſt virtus intellectualis, pertinet, conſiderare ſubſtantias ſeparatas; eſto quis in eam **B** cōſiderationem ob inanem gloriam incumbat: quam tamen circumſtantiam non ferret virtus moralis, quæ probam voluntatis affectionem requirit. Vnde talis ſcientia efficit bonum Metaphyſicum; non tamen bonum virum.

His ita conſtitutis, virtus in toto ſuo ambitu, vt tam acquiſitas, quàm infuſas; tam morales, quàm intellectuales comprehendit, hoc modo **C** definienda erit: *Virtus eſt habitus operatiuus boni*. Intellectualis verò ita: *Virtus intellectualis eſt habitus operatiuus boni, reſidens in intellectu.* At infuſa ita definitur, vt ex D. Auguſtino lib. 2. de lib. arbit. cap. 8. alijſque in locis colligitur: *Virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, quàm Deus in nobis ſine nobis operatur.* Dum enim D. Auguſtinus ait, Deum in nobis ſine nobis virtutem operari, planè indicat, loqui ſe de virtute duntaxat, quàm Deus per ſe

Virtus in cōmune.

Virtus intellectualis.

Virtus infuſa.

Digitized by Google

ſe in animam infundit. Denique moralem virtutem ita definijt Ariſtoteles lib. 2. Eth. cap 6. *Virtus eſt habitus electiuus, in mediocritate conſiſtens; ea quæ ad nos eſt definita ratione, & vt definierit ipſe prudens.* Quæ definitio, quia præſentis inſtituti eſt propria, enucleatè à nobis explicãda erit. Eſt ergo in primis virtus *habitus*: quia virtus (latè etiam ſumpto eius nomine) eſt diſpoſitio perfecti, vt docuit Ariſtoteles 7. Phyſ. cap. 13. text. 17. habitu autem perfectè diſponimur ad operandum. Potiſſimùm verò ad tria virtutum habitibus indigemus. Primùm, ad vniformitatem actionum: quæ enim ad agendum habituali propenſione carent, inſtabilia ſunt, facileque mutantur. Secundò, vt actu in promptu ſit: vnde Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 8. ait, repentina eſſe ab habitu. Certè niſi rationalis potentia interuentu habitus inclinetur ad vnum, oportebit ablata agendi occaſione de re facienda priùs inquirere; cùm tamen interdum negotia moram non ferant. Tertiò, vt cũ voluptate actio perficiatur: quod præſtat habitus. Nam cùm modum quendam naturæ obtineat, operationem ſibi propriam, quaſi naturalem, atque adeò iucundam reddit. Quare Ariſtoteles 2. Ethic. c. 3. docuit, delectationem in opere obeundo ſignum habitus eſſe.

Virtus moralis.

Repêtinæ ſunt ab habitis.

Patet igitur, cur virtus dicatur *habitus*. Obtinet autem hæc particula locum generis in definitione virtutis: ac per eam reijciuntur potentiæ & paſſiones, ceteraque id genus, quæ habitus non ſunt. Dicitur etiam *habitus electiuus*, id eſt, per electionem operans: ad excludendam ſcientiam, & alios habitus intellectuales; ad quorum rationem non pertinet, vt actus ab ijs profecti ex delectu ac voluntariè fiant. Additur, *in mediocritate conſiſtens*: vt reijciantur habitus vitioſi, qui à mediocritate deficiunt. Denique adijcitur, *ea quæ eſt ad nos definita ratione*: vt intelligamus, mediocritatem, in qua virtus conſiſtit, non oportere eſſe ex natura rei, niſi forte per accidens: ſed conſparatione ſubiecti, & ex arbitrio iudicioque prudentis viri. Qua de re in progreſſu plura.

ARTICVLVS II.

Virtutem ex ſua intrinſeca ratione eſſe habitum bonum.

Controuerſia tamen eſt, vtrum virtus ſecundùm propriam eſſentiam ſit habitus bonus, an non? Scotus in 1. diſt. 17. quæſt. 2. negatiuam partem amplectitur, aſſerens, vnum eundemq. habitum modò virtutem, modò vitium eſſe poſſe. Arbitratur enim, virtutem formaliter cõſiſtere in relatione conformitatis ad rectam rationem, fundata in habitu ex ſe indifferenti ad bonum & malum; vitium autem ſimiliter in difformitate à recta ratione: poſſeque eundem habitum, qui antea priorem relationem obtinebat, poſteriorem accipere; quemadmodum videmus eandem ſuperficiem nũc imbui candore, nunc nigredine. Sentit proinde Scotus, virtutem, quà virtus eſt, non eſſe operatiuam; cùm ex ſua natura ſit relatio, cui nulla efficientia vel actiuitas conuenit: ſed id, quod agit, dum ex virtute operamur, eſſe habitum ipſum, cui ratio virtutis accidentariò aduenit. Quod ſimiliter de vitio intelligit. Addit præterea, habitum poni in definitione virtutis, tanquam adiectitium quid; ſicuti naſus in definitione ſimi.

Opinio Scoti.

Probatur autem hæc ſententia ex eo potiſſimùm, (vt rationes alias omittamus) quia ſi is, qui obtinuit habitum abſtinendi à cibo ob Mahometicam ſuperſtitionem, ad Chriſtianam fidem conuertatur, & ob veri Dei cultum à cibo abſtineat, adhuc ex eodem illo habitu ſentiet promptitudinem facilitatemque ad actus temperantiæ: ac proinde idem habitus, qui erat antea vitioſus ob prauum finem, nunc ex fine honeſto, atque ex conformitate ad rectam rationem & legem Dei, fiet ſtudioſus; & qui antea rationem vitij, nunc virtutis rationem ſortietur.

Con-

Sententia ipatet.

A Contraria tamen opinio, quæ ſtatuit, virtutem ex ſua natura eſſe habitum bonum, nec vnum eundemque habitum modò virtutem eſſe, modò vitium; Peripatetica eſt & vera: eamque defendit D.Thomas in 1. 2.quæſt.55.artic.1.& 4.Gabriel in 3. diſtinct.23. quæſt. 1. artic. 1. & alij. Probatur autem primùm, quia Ariſtoteles 2. Ethic. capit. 5. inquirens genus virtutis, concludit eſſe habitum: B eodemque lib. capit. 8. docet, virtutem & vitium eſſe inter ſe contraria: quod etiam in Categ.capit.de Oppoſ. & alibi ſæpè docuerat. Hoc autem verum non eſſet, ſi virtus & vitium formaliter ſignificarent relationes eidem habitui aduenientes: nec enim relationes ſunt habitus, nec inter ſe contrarietatem exercent. Præterea, virtus ex ſe, vt Ariſtoteles definijt, eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens: C igitur virtus ex ſua natura inclinat ad actum bonum; nulloque modo ad actum, qui recedat à medio per arbitrium prudentis definito: atque adeò virtus ex ſua intrinſeca ratione eſt habitus bonus. Poſtremò, habitus pulſandi citharam nõ inclinat ad qualemcunque motum fidium, ſed ad motum harmonicum ſecundùm artis regulas: ergo pari ratione habitus, v.g. tẽperantiæ, D non inclinabit ſolùm ad abſtinentiam à cibo, ſed ad abſtinentiam cum circumſtantijs, quæ actum perfectè cohoneſtant: quod Scotus negabat.

Dilut.arg. pro opinione Scoti.

Igitur ad argumentum pro contraria parte adductum reſpondendum eſt: eum, qui ita affectus conuertitur ad verum Dei cultum, & religionis cauſa à cibo abſtinet, ſentire facilitatem in abſtinendo, non E quòd prior habitus inclinet ad eos actus quos tunc exercet; ſed quia habitus ille non ſolùm inclinabat ad ſuperſtitioſè abſtinendum, ſed reprimebat etiam appetitum, ne ad cibi appetitionem effrenate inſurgeret.

Duo munera quæ præſtãt habitus ſtudioſi.

Quare cùm duo munia præſtent honeſti habitus in appetitu; videlicet cùm inclinent ipſum ad actus rationi conſentaneos, & paſſiones ne ſe immoderatè efferant compeſcant: ratione huiuſce poſterioris officij facilitatem ſentiet ad religioſe abſtinendum is, qui antea ſuperſtitioſè abſtinebat; etſi talis habitus priorem naturam retineat, proindeque adhuc vitioſus ſit. Similiter dicendũ de honeſtis habitibus, qui videntur concurrere ad actiones, quæ ob mutationem circumſtantiarũ vitioſę ſunt: vt ſi quis antea liberalitatis habitu præditus, nũc ad inopiam redactus, pecuniam, vti priùs in magnis opibus, vltra quàm poſſit, diſtribuat: nõ enim ad hunc actum eliciendum per ſe concurret habitus liberalitatis: ſed duntaxat eatenus facilitatem pręſtabit, quatenus paſſionem auaritiæ cohibet.

QVÆSTIO II.

Vtrum virtus moralis in mediocritate conſiſtat?

ARTICVLVS I.

De duplici medio virtutis: & in quonam medio virtus omnis collocata ſit.

VIrtutem moralem in mediocritate poſitam eſſe, aſſeruimus cum Ariſtotele in definitione virtutis: nunc id accuratiùs explicandum erit. Aduertendum igitur, bifariam intelligi poſſe, virtutem in medio eſſe: nimirum vel quo ad eſſentiam; quia eſt habitus inter duo vitia contraria: vel quo ad obiectum; quia id in quod tendit rationi conſentaneum eſt, proindeque medium inter exſuperationem & defectum: quod in definitione virtutis ſignificauit Ariſtoteles illis verbis, *ea quæ eſt ad nos definita ratione*: id eſt, virtus conſiſtit in mediocritate ſecundùm omnes circumſtantias prudentiæ regula præſcriptas,

Dupliciter virtus in medio eſt.

Duplex medium. Deinde aduertendum, medium aut eſſe conſtitutum ex natura rei, aut ſumi comparatione noſtri. Medium ex natura rei (quod etiam medium rei vocatur) eſt quod æquè ab vtroque extremo diſtat: quo pacto ſenarius medius eſt inter denarium & binarium, quia totidem vnitatibus ab vtroque abeſt, nempe quattuor. Medium comparatione noſtri eſt, quod ad nos collatum neque exuperat neque deficit: quomodo ea cibi portio, quæ Socrati pro eius temperamento conuenit, dicitur medium respectu illius. At enim, quia non omnibus eadem temperamenti & caloris ad decoquendum vis eſt, ſæpè id, quod vnius collatione medium habetur, reſpectu alterius deficit, aut excedit.

1. aſſertio. Sit prima aſſertio: Omnis virtus moralis (cuius appellatione non cōprehēdimus hoc loco Prudentiam) conſiſtit in medio quoad obiectum. Hanc aſſertionem tradit Ariſt. lib. 2. Eth. c. 6. & lib. 5. c. 3. & 4. eamque approbant communi conſenſu Theol. in 3. d. 33. Suadetur verò à D. Tho. in 1. 2. q. 64. ar. 1. quia bonum eius, quod regitur & menſuratur, ſitum eſt in adæquatione ad ſuam regulam. Quare cùm bonum virtutis moralis à ratione dirigatur, vtique poſitum erit in adæquatione ad menſuram rationis: quæ adæquatio eſt æqualitas ſeu commenſuratio quędam inter exceſſum & defectum, id eſt, mediocritas. De qua eſt illud Poetæ:

Horat. 1. ſer. ſat. 1.
Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines:
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Quod non ita accipiendum eſt, quaſi ad rationem virtutis exigatur, vt prædictam mediocritatem in diuiſibili attingat: quod Stoici falsò putabant, vnde etiam contendebant, virtutem non ſuſcipere magis & minus; ſed in maximo, hoc eſt, in illius indiuidui medij adeptione conſtitutam eſſe: ideoque neminem virtute præditum iudicabant, niſi qui ad ſtudioſas actiones obeundas in ſummo gradu eſſet diſpoſitus. Peripatetica tamen & vera ſententia, vt conſtat ex ijs, quæ tradit Ariſtoteles 2. Eth. decernit, in medio virtutis latitudinem dari; poſſeque obiectum ipſum virtutis nunc perfectiori modo, nunc minùs perfecto attingi. Nec ſanè conuenit, moralium actionum honeſtatem ad inſectilia mathematica reducere.

Obiectio. Lege Plur. in lib. de Stoicorum contrar. Quod ſi quis pro Stoicis opponat, virtutem conſtitutam eſſe in recto: recto autem nihil rectius eſſe: proindeque nullam virtutem alia perfectiorem dari. † Occurrendum, recto in Mathematicis nihil eſſe rectius: quia ſi recta linea tantulum ab extremis ſubſultet, recta non erit; cùm id in eſſentia rectæ lineæ contineatur. At in moralibus non ita res habet: quia v.g. actio eius, qui ex affectu miſericordię pecuniam egenti erogat, recta eſt, vtpote conſentanea rectę rationi; actio verò illius, qui ex intenſiori miſericordiæ affectu vberiorem pecuniam largitur, haud dubiè rectior eſt atque excellentior, cùm perfectiori modo illud officium virtutis præſtet; tum quia plus, tum quia vehementiori animi affectu confert.

† Dilutio.

2. aſſertio. Secunda aſſertio: Omnes virtutes morales, excepta Iuſtitia, conſiſtunt in medio quoad eſſentiam: hoc eſt, inter duos habitus vitioſos poſitæ ſunt. Hęc inductione patet. Namque fortitudo eſt inter vitium timiditatis & audaciæ: liberalitas inter auaritiam & prodigalitatem: ſimiliterque res habet in ceteris.

ARTICVLVS II.

De medio Iuſtitiæ.

EXcepimus in ſecunda aſſertione Iuſtitiam, quia peculiare illi eſt, non eſſe inter duo extrema vitia collocatam. Quod ſignificare voluit Ariſtoteles lib. 5. Ethic. capit. 5. cùm docuit, Iuſtitiam non eodem modo, quo reliquæ virtutes, mediocritatem obtinere. Poteſtque idem ex eo oſtendi, quia Iu-

ſtitia

Peccata cõtra iuſtitiã ſunt per defectum.

ſtitia verſatur inter plus & minus; quod eſt contra ius. Diximus, quod eſt contra ius: quia qui de ſuo plus dat, vel nullum cõmittit peccatum; vel ſi quod committit, id non ad iniuſtitiam pertinet, ſed ad prodigalitatem, quæ liberalitati opponitur. Quo fit, vt Iuſtitia vnum tantùm habeat extremum, cui aduerſetur, nimirum Iniuſtitiam: quia prædictum plus & minus ſemper iniuſtitiam efficit.

Sciendum præterea eſt, cùm virtutes morales, quæ circa paſſiones verſantur, hominem ad ſe ipſum ordinent, neceſſariò conſtitutas eſſe in medio reſpectu noſtri: iuſtitiam verò, quia operationes in ordine ad alterum dirigit, in medio rei conſtitutam eſſe. Tantum enim iuſtitia reddere præcipit, quantum quis alteri debet, non plus minusve: ſiquidem hoc modo aſtruitur æqualitas inter homines, quæ tunc demum exiſtit, cùm nullus vltra aut citra id, quod ſuum eſt, obtinet: quam æqualitatem ſartam tectamque tueri & vindicare, proprium iuſtitiæ munus eſt.

Iuſtitia duplex.

Porrò cùm iuſtitia duplex ſit, vt docet Ariſtoteles lib.5. Ethic.cap.2. Vna diſtributiua, quæ cernitur in diſtributione bonorum Reip. aut alterius communitatis, iuxta proportionem meritorum vniuſcuiuſque; ita ſcilicet, vt quæ eſt proportio meritorum vnius ad merita alterius, eadem ſit proportio præmiorum ad præmia: altera commutatiua, quæ cernitur in commutationibus & venditionibus, alijſque eiuſmodi: fit, vt non idem in vtraque medium ſeruetur. Nam in commutatiua ſeruatur medium ſecundùm proportionem Arithmeticam; vt nimirum conſtituatur æqualitas inter rem acceptam, & id quod per eam redditur: in diſtributiua autem tenetur medium, ſecundùm proportionem Geometricam, vt eadem in præmijs quæ in meritis proportio ſit. Exempli gratia, ſi duobus ciuibus loco præmij decem aureorum millia diſtribuenda ſint, & ex ijs vnus duplex habeat meritum, alter verò triplex; A ſecundùm Geometricam proportionem donãda erunt illi quattuor millia, huic autem ſex: vt enim trium ad duo eſt proportio ſeſquialtera, ita ſex ad quattuor.

QVÆSTIO III.

B *Vtrumne virtutes homini naturales ſint, an eas proprijs actibus acquirat?*

ARTICVLVS I.

Virtutes in quodam ſenſu eſſe homini naturales; in alio non eſſe.

C PRiorem partem propoſitæ dubitationis (quæ de virtutibus acquiſitis duntaxat intelligenda eſt) pertractauit multis in locis Plato, vt in Menone, in Protagora, in Euthydemo: etſi more ſuo diſputans nihil ferè certi aſſeuerarit. De eadem quoq; re varia philoſophantium dogmata refert D. Thom. in 1. 2. quæſt.63. articul.1. & in diſputat. quæſt.1. de virtut. in com. artic.8. Vt D autem breuiter rem expediamus, ſciendum eſt, dupliciter poſſe virtutes dici eſſe nobis naturales: vno modo, prout naturale eſt idem, quod conueniens naturali inclinationi; ſicque naturalis eſt homini cognitio veritatis: ſecundò, vt naturale differt à voluntario; quo pacto ea, quæ nobis à primæua origine & ex principijs naturæ innata ſunt & congenita, naturalia dicuntur, vt E vis nutriendi.

Bifariã virtutes dici poſſe naturales.

1. aſſertio.

Sit prima aſſertio: Virtutes ſunt homini naturales priori modo. Probatur: quia homo natura ſua eſt particeps rationis, eſtq. ei naturale, ſecundùm rationem viuere: vt docet D. Dionyſ. 4. cap. de diu. nom. Quare cùm actiones virtutum ſint conſentaneæ rectæ rationi, conſequens eſt, vt hominis naturæ conuenien-

Digitized by Google

tes ſint. Item, quia homo per naturam inclinatur ad cognitionem veri, docente Ariſt. 1. Metaph. cap. 1. & ad appetitionem boni, teſte eodem Ariſt. 1. Ethic. cap. 1. Virtutes autem intellectuales feruntur in verum, morales in bonum. Poſtremò (quod eodem recidit) quia id, quo vnumquodque ſecundùm naturæ ſuæ gradum perficitur, eſt illi ſecundùm naturam conueniens: homo autem ſecundum gradum ſuæ naturæ virtutibus acquiſitis perficitur & excolitur. Iuxta hanc conſiderationem dicuntur ineſſe homini virtutes à natura, non perfectè & completè; ſed inchoatione quadam, & tanquam in radice, è qua accedente diſciplina & ſtudioſarum actionum exercitatione in actum prodeant.

2. aſſertio. Secunda aſſertio: Virtutes nõ ſunt nomini naturales poſteriori modo. Hanc tradit Ariſtot. lib. 2. Eth. cap. 1. Suadeturque ex eo, quia ſi virtutes eo modo naturales forent, nemo ijs laudem mereretur, cùm nemo niſi ex libero actu iure laudetur. Item, quia non poſſent homines vitijs aſſueſcere: ſiquidem vt docet etiam Ariſt. lib. 1. magn. Mor. cap. 6. ad id, quod eo pacto eſt à natura inſitum, nihil proficit contraria aſſuetudo: vt patet in terra v.g. quæ quia natiuam habet grauitatem, qua deorſum tendit, licèt verbis locum ſuperiorem ſæpe iaciatur, nunquam ad aſcendendum aſſueſcit. Vnde etiam patet, virtutes non eſſe contra naturam; alioqui non poſſent homines ijs aſſuefieri.

ARTICVLVS II.

Virtutes acquiſitas comparari noſtris actibus.

3. aſſertio. Tertia aſſertio hæc ſit: Virtutes acquiſitæ comparantur noſtris actibus. Hæc ita ſuadetur: Principia operatiua naturæ conuenientia, quæ non inſunt nobis à natura, ſed ex acquiſitione, comparãtur noſtris actibus: atqui virtutes acquiſitæ ſunt principia operatiua, conuenientia

A naturæ admodum ſuperius explicatum: igitur comparãtur noſtris actibus. Maior conſtat ex doctrina Ariſt. lib. 2. Eth. hoc enim eſt diſcrimen inter principia innata & acquiſita, quòd principia innata antecedunt actus, nec ijs comparantur: (aſpectus enim antecedit actionem vidẽdi, nec per eam aſpectus acquiritur) at principia acquiſita ſequuntur actus, ijſq. adipiſcuntur.

B Vt autem propoſitæ aſſertionis veritas magis eluceat, duæ quædam dubitationes explicandæ erũt. Prior eſt: Quonam cauſæ genere actus ſtudioſus concurrat ad generandum habitus virtutis? Poſterior: Num ad comparandum eiuſmodi habitum ſufficiat vnus actus, an neceſſariò plures exigantur? Priori dubitationi, omiſſa opinione Durandi, quæ lib. 9. Metaph. à nobis confutanda C erit, reſpondemus cum Capreolo in 3. d. 33. q. 1. art. 3. in ſolutione argumentorum contra ſecundam concluſionem, actus ſtudioſos concurrere, vt principia actiua ad generationem habituum. Enimverò cùm potentiæ, v.g. intellectus & voluntas, ſint cauſæ vniuerſales actiuæ habituum, & in ijs poſſint eſſe diuerſarum ſpecierum habitus; neceſſariò danda erit aliqua cauſa particularis actiua, quæ D potentiam determinet ad hunc potiùs, quàm illum habitum producendum: hæc autem cauſa eſt ipſe actus à potentia elicitus. Dubia. Reſp. ad 1. dub.

Ad 2. Ad poſteriorem dubitationem reſpondemus cum Gabriele in 3. diſ. 23. quæſt. prima, dub. 4. Almaino ibid. quæſt. ſecunda, artic. 3. & alijs: per quemlibet actum moralem bonum, etiam remiſſum, poſſe gigni habitum virtutis moralis, niſi ex par- E te ſubiecti aliquid impedimenti ſit. Probatur: Nam quando cauſæ ſunt eiuſdem rationis & ſpeciei, ſi intenſior poteſt aliquem effectum producere, etiam remiſſior eundem producere valet, etſi minùs intenſum; modò reſiſtentia patientis non exſuperet agentis actiuitatem. Cùm igitur actus virtutis intenſus ac vehemens poſſit efficere habitum virtutis,

tutis, vtique etiam remiſſus habitũ conſimilem gignet: non ſecus ac calor ſexto gradu intenſus producit calorem vt ſex; intenſus autem ſecũdo gradu efficit calorem vt duo. Diximus, niſi ex parte ſubiecti aliquid impedimenti ſit: quia ſi vitium contrarium potentiæ inhæreat, & actiuitas ſtudioſæ actionis non ſuperet illius vitij reſiſtentiam, nequaquam per talem actionem habitus producetur. Quod aſſerendum quoque eſt, cùm iam potentia habitum virtutis ſummè intenſum obtinet: tunc enim neque remiſſus neque intenſus actus, aut nouum habitum gignet, vt conſtat; aut maiora incrementa afferet habitui, qui totam quã aſſequi poteſt perfectionem aſſecutus iam eſt.

Habitus virtutis p. fectæ vt gignatur. Illud tamẽ aduertes, licèt per vnũ actum gigni poſſit habitus virtutis; plerumq; tamen non gigni habitum virtutis perfectæ, niſi per multos actus: vt videre eſt in habitu temperantiæ. Nam cùm illius materia multiplex ſit, quandoquidem omnia ciborum & potuum genera comprehendit; cumque diuerſis modis variari poſſit, nimirum pro loco, tempore, magnitudine, alijſque eiuſmodi circumſtantijs: nemo perfectum temperantiæ habitum aſſequetur, niſi circa iſtiuſmodi materias & circumſtantias plures actus elicuerit.

QVAESTIO IIII.

Vtrum virtutes morales ſint inter ſe connexæ?

ARTICVLVS I.

Argumenta partis negatiuæ.

NOn excitamus quæſtionem de virtutibus intellectualibus: quia certum eſt eas non neceſſariò connecti inter ſe; vt D. Thom. 1.2. quæſt. 65. artic. 1. docet. Cuius ratio eſt: quia non dependent a prudentia, cuius nexu, vt inferiùs planum fiet, inter ſe copulari debeant. Item, quia verſantur circa materias & obiecta, quæ inter ſe neceſſarium ordinem & coniunctionem non habent; vt patet in Mathematica & Theologia, varijſque artium generibus. Eſt ergo propoſita controuerſia intelligenda de virtutibus moralibus: ita tamen, vt hoc nomine etiam prudentia, licèt ad intellectum pertineat, comprehendatur. Aduertendum eſt autem ex Ariſtotel 7. Eth. c. 1. alijſq; auctoribus, virtutem moralem in vno trium graduum obtinerẽ poſſe: videlicet in gradu continentiæ, in gradu temperantiæ, in gradu heroico. In priori gradu obtinetur virtus, cùm adhuc paſſiones vehementes ſunt, & ijs reſiſtimus. In ſecundo, cùm paſſiones non ita ſunt vehementes, ſed pacatiores. In tertio, cũ iam ita cohibitæ ac refrænatæ ſunt, vt rarò admodum, & vix repugnent rationi. Alij hos gradus vocant incipientium, proficientium, perfectorum. *Triplex grad⁹ virtutum moralium.*

Igitur de virtutibus in gradu heroico nulla eſt dubitatio: omnes enim fatentur, virtutes morales in gradu eſſe connexas, ita vt v. g. fortitudo perfectiſſima eſſe nequeat, abſque aliarum virtutem ſocietate. Nam cùm omnes virtutes morales mutuum ſibi præſtent auxilium, & aliæ alijs perfectionem adiungant, cumque virtutes in gradu heroico omnem poſtulent excellentiam & abſolutionem; haud dubiè neceſſariò inter ſe iugatæ & cohærentes erunt. Nec item de virtutibus in gradu continentiæ diſceptatio eſt: conſtat enim, poſſe vnam abſque alijs inueniri: quod ex ijs etiam, quæ paulò pòſt dicemus, planius euadet. Quare de virtutibus duntaxat ſecundi gradus quæſtio relinquitur. *De quibus virtutibus propoſita quæſtio intelligenda ſit.*

Scotus in 3. diſt. 36. quæſt. 1. artic. 1. Gabriel ibid. Ochamus in 3. diſtin. 11. & 12. & quodl. 4. quæſt. 6. & Almainus tract. 3. cap. 7. arbitrantur, eiuſmodi virtutes nõ eſſe inter ſe cõnexas. *1. opinio.*

nexas. Quæ ſententia his argumen-
1.arg. tis videtur oſtendi: Virtutes mora-
les acquiruntur exercitatione: ſed
conſtat multos exercere ſeſe in ma-
teria quorundam virtutum, non ve-
rò aliarum; vt in materia temperan-
tiæ, non autem fortitudinis: ergo ij
non omnes, ſed eas tantùm virtutes,
in quibus ſe exercent, comparabunt.
Præterea, conſtat multos non poſſe
virtutes quaſdam aſſequi: igitur non
omnes inter ſe ſunt coniunctæ. An-
tecedens probatur: quia nemo niſi
in magis opibus exercet actum mu-
nificentiæ; cùm hæc virtus circa ma-
gnos ſumptus verſetur: igitur ij, qui-
bus magnarum opum affluentia non
ſuppetit, haudquaquã virtutem mu-
nificentiæ aſſequentur. Quare per-
ſpicuum videtur, non omnes virtu-
tes etiam in gradu perfecto inter ſe
coniungi.

ARTICVLVS II.

Concluditur pars affirmatiua quæſtionis.

Secũda opinio, quę defenditur. CONtraria tamen ſententia am-
plectenda eſt: quam ſecutus
fuit D. Ambroſius 5. lib. in Lucam,
explicans verba illa: *Beati pauperes
ſpiritu.* D. Auguſtinus lib. 6. de Trinit.
cap. 4. & in epiſt. 29. quæ eſt ad D.
Hieron. D. Gregorius lib. 22. Moral.
cap. 1. D. Hieronymus ſuper Eſaiam,
cap. 16. & 56. & 1. lib. contra Pelag.
Ariſt. 6. Eth. cap. 12. & 13. Plato in
Protagora, & in lib. de Regno, Chry
ſippus adud Plutarchum in lib. de
D. Tho. in 3. d. 36. q. 1. ar. 1. & in diſput. q. de Virtutib. card. art. 2. Stoicorum contrarietat. Cicero lib.
2. Tuſc. quæſt. & lib. de Offic. Item è
Doctoribus ſcholaſticis D. Thomas
in 1 2. q. 65. art. 1. Caietanus ad eun-
dem locum, Durandus in 3. diſt. 33.
q. 3. Capreolus in 3. diſt. 36. q. 1. art.
1. Richardus eadem diſt. q. 1.

1. ratio. Probatur verò hæc opinio in hũc
modum: Perfecta liberalitas cohibet
appetitum pecuniæ in omni euen-
tu, alioqui non eſſet perfecta: ſed
hoc præſtare non poteſt abſque præ-
ſidio aliarum virtutum: igitur libe-
A ralitas perfecta requirit aliarum vir-
tutum coniunctionem. Minor pro-
batur; quia ſi cui, verbi gratia ex v-
na parte mors, ex alia pecunia pro-
ponatur, ad inferendam iniuriam pa
triæ: certè niſi virtute fortitudinis
munitus ſit ad contemnendam mor-
tem, & iuſtitiæ ad non inferendam
iniuriam, facilè ſuccumbet pecuniæ
cupiditati. Quare non poteſt libe-
ralitas abſque fortitudine & iuſti-
B tia, ſimiliterque abſque alijs virtuti-
bus inueniri.

Item: perfecta virtus moralis re- 2. ratio.
quirit perfectam prudentiam: atqui
perfecta prudentia non poteſt eſſe
abſque alijs virtutibus: igitur om-
nes virtutes quaſi communi vincu-
lo prudentiæ inter ſe copulatæ ſunt.
Maior patet, tum ex doctrina Ari-
ſtotelis lib 6. Ethic. cap. vlt. tum ex
ipſa definitione virtutis, in qua vir-
C tus dicitur conſiſtere in mediocrita-
te, *vt prudens definierit*, hoc eſt, in
mediocritate præſcripta ſecundùm
regulas prudentiæ. Quòd verò ad
vnam aliquam perfectam virtutem
non ſufficiat prudentia circa vnam
materiam, ſed perfecta & inte-
gra; atque adeo circa omnes, ex eo
conuincitur: quia vt quis temperans
ſit, non ſat eſt ſi rectè iudicet in ijs
difficultatibus, quæ ad temperantiæ
D materiam ſpectant; ſed oportet, vt
in quauis re quæ ſeſe obtulerit rectè
ſentiat, atque integrum ferat iudi-
cium: alioqui, ex affectu auaritiæ
aut timiditatis iudicabit, intem-
peratè agendum eſſe. Minor ſuade-
tur: quia ſimiliter niſi prudens om-
nium virtutum ornamentis exculius
ſit, non poteſt ferre perfectum ſa-
numque iudicium de rebus agendis;
nec quid fugiendum aut amplecten-
E dũ ſit, vt oportet, decernere: cùm li-
quidò conſtet, paſſionum impetus,
niſi virtute cohibeantur, rationem
excæcare, rerumque æſtimationem,
ſine qua prudentia nulla eſt, peruer-
tere. Cõſtat igitur, nec alias virtutes
ſine prudentia, nec prudentiam abſ-
que alijs virtutibus poſſe conſi-
ſtere.

Solet etiam quæri, num vt omnes Quęſtio.
morales

Digitized by Google

A morales virtutes connexæ ſunt, ita omnes in eodem homine inter ſe æquales ſint? Cui dubitationi breuiter occurrendum; ſi de perfectione eſſentiali loquamur, conſtare non eſſe omnes inter ſe æquales; cum ea, quæ ſpecie diſtinguuntur, diſparem habeat eſſentiæ perfectionem. Quod ſimiliter pronunciandũ erit de perfectione intenſiua, quæ per actuum repetitionem habitibus aduenit: cũ planum ſit, eundem hominem non æquè frequenter ſeſe in omnibus exercere virtutibus; ac proinde non omnium virtutum habitus æquè intendere. Si tamen ſermo ſit de perfectione, quam vnaquæque virtus in eodem homine ex coniunctione & ſocietate aliarum virtutum aſſequitur, dicendum erit, omnes virtutes hac conſideratione æquè perfectas haberi: quandoquidem non minùs perficitur fortitudo ex conſortio tẽperantiæ, quam iuſtitia ex conſortio eiuſdem: nec minùs perficitur liberalitas ex conſortio ſobrietatis, quã alterius virtutis: ſimiliterque res habet in cęteris, cum iſtiuſmodi perfectio in ſingulis virtutibus ex coniunctione vniuerſarum, & in vniuerſis ex ſingularum copulatione effloreſcat. Conſule Durandum in 3.d.36.q.5.

ARTICVLVS III.

Diſſoluuntur primi articuli argumenta.

ARgumenta, quibus oſtendi videbatur, non omnes virtutes inter ſe colligatas eſſe, hunc in modum explicanda erunt. Solu 1. Ad primum dicẽdum: ſi quis ſe in materia vnius duntaxat virtutis, v.g. temperantiæ, exercuerit, ſolam temperantiam conſecuturum; non tamen perfectam, quouſque cæteras virtutes comparet: cùm ſine earum præſidio nõ poſſit firmitatem & conſtantiam habere, ad ſeruandam in quolibet euentu moderationem. Adde, neminem poſſe diu in omnibus euentis temperatè viuere, niſi paſſiones, quæ proximè remoteve temperantiã oppugnant, aliarum virtutum actionibus cohibeat; atque adeò quin ſimul virtutes alias adipiſcatur.

Solu. 2. Ad ſecundum reſpondendum eſt, cum D. Thoma in 1.2.q 65.art.1. Durando in 3.d.36.q.3.& Capreolo loco cit. virtutum moralium quaſdam perficere hominem ſecundùm communem vitæ ſtatum, id eſt, quoad ea, B quæ paſſim & communiter agenda occurrunt; cuiuſmodi ſunt fortitudo, iuſtitia, liberalitas, abſtinentia, cęteræque huiuſmodi: alias hominẽ perficere ſecundum aliquem eminẽtem ſtatum, & ad quædam præclara munia obeunda; cuiuſmodi ſunt magnanimitas quæ in magnis honoribus, & magnificẽtia quæ in magnis ſumptibus verſatur. Igitur virtutes prioris generis ſic inter ſe colligatę C ſunt, vt nemo vnam perfecte ſine alijs obtinere queat: virtutes verò poſterioris generis non oportet, vt actu habeat is, qui reliquis omnibus ſit præditus; obtinet tamen eas in potentia propinqua, & animi præparatione. Nam qui in mediocri pecunia ita geſſit, vt liberalitatem ſeruarit, is ſi ad magnam rerum affluentiam & abundantiam venerit, facilè magnificentiam conſequetur. D Item, qui in mediocribus honoribus ſeſe modeſtum exhibuit, cùm ad maximos euectus fuerit, facilè magnanimitatem comparabit. Quare cùm id, ad quod proximam obtinemus diſpoſitionem, iam habere dicamur; iuxta illud Ariſtotelis 2. Phyſic. capit. 5. textu 56. *quod parum abeſt nihil abeſſe propemodum videtur*: Et, vt non ſit abſolutè E negandum, etiam magnificentiam & magnanimitatem cum reliquis virtutibus copulatas eſſe.

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

Vtrum in appetitu ſenſitiuo aliquę virtutes inſint?

ARTICVLVS I.

Sententia Scoti, & aliorum.

PRopoſita quæſtio non de omni virtute morali, ſed de ſola temperantia & fortitudine excitari ſolet. Nam quòd iuſtitia in voluntate hæreat; communis eſt Philoſophorum & Theologorum cõſenſus. Scotus in 3.d.33.quęſt.1.duo ſtatuit pronunciata. Alterum eſt: fortitudinem & temperantiam, vt propriè ac ſimpliciter virtutes morales, ſunt reſidere in voluntate. Alterum: dari in appetitu tam iraſcibili, quàm concupiſcibili, aliquos habitus, quibus circa fortitudinis & temperantiæ materiam rectè afficiantur; qui tamē habitus ad virtutis dignitatem non pertingant. Scoto aſſentiuntur non eius tantùm diſcipuli, ſed plerique alij: vt Gabriel in 3.d.23.q.1 & d.33.q.1. Ochamus in 3.quęſt.10.& 11.& quodl.2.q.16. Almainus Moral. tract.3.cap.6. Buridanus 1.Eth.q. vlt.

Opinio Scoti.

Primum pronunciatum hiſce argumentis oſtenditur. Virtutes morales inſunt in ea potentia, ad quam pertinet electio, & libertas; cùm virtus moralis definiatur habitus electiuus, & eius bonitas in actione duntaxat libera inueniatur: atqui electio eſt actus voluntatis, non appetitus ſenſitiui, & voluntatis actiones propriè ac ſimpliciter liberæ ſunt; non autē quæ ab appetitu ſenſitiuo exercentur: igitur virtutes morales non in appetitu, ſed in voluntate hærent. Secundò: Negari non poteſt, nos à voluntate elicere actus circa materiam temperantiæ & fortitudinis; vt cùm moderatum cibum eligimus; cùm, etiam repugnante appetitu, conſtanter dolores perferimus, & pericula adimus: igitur per iſtiuſmodi actus gignentur in voluntate habitus fortitudinis & temperantiæ. Tertiò: Voluntas eget harum virtutum habitibus: ſed, vti proximè oſtenſum fuit, poteſt eos ſuis actibus comparare: non eſt ergo cur negemus ineſſe illos voluntati. Maior ſuadetur: quia voluntas magnam experitur difficultatem in amplectēdo bono contra paſſionum impetus, adeò vt ijs non alliciatur ſolùm, ſed interdum quaſi inuita rapiatur: iuxta illud Iacob.1. *Vnuſquiſque tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.*

Virtus moralis habitus electiuus.

Alterum Scoti pronuntiatum ex eo oſtenditur: quia ad cohibendas effrenatas appetitiones vtriuſque appetitus, tam iraſcendi, quàm concupiſcendi, ne rationem turbent, voluntatemque ad ſe trahant, opus eſt habitibus, qui in vtroque appetitu inſint, & eiuſdem actibus comparentur: at quòd ij nequaquam perfectæ virtutis rationem obtineant, ex eo cõſtat, quia, vt paulò antea diximus, neque electio, neque perfecta libertas, quas perfectæ virtutis notio requirit, in inferiorem appetitum conueniunt.

ARTICVLVS II.

Defenditur opinio D. Thomæ, eiuſque ſectatorum.

DIuus Thomas in 1.2.q.56. art.4. & Caietan.ibid. Capreolus in 3.d.33.q.1. ad argumenta contra 1. concl. Ferrar. 1. contra gentes cap. 92. Aegidius quodl.4.quęſt.18. Sotus lib.3.de Iuſtitia & iure, q.2.art.4 & alij, aduerſam opinionem defendũt, quæ hac aſſertione continetur: Fortitudo & temparantia non inhærent in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo. Huiuſce aſſertionis prior pars eo potiſſimùm fundamento nititur apud D. Thomam: quia pro certo ſtatuit, nullam potentiam indigere aliqua qualitate, qua inclinetur ad id, ad quod ſuopte ingenio propenſa eſt: quo modo ſe habet voluntas

Fundamētum opinionis D. Thomæ.

tum

num ad bonum in commune; tum ad quodlibet particulare bonum, proportionatum ſuppoſito ipſum expetenti: cuiuſmodi eſt,inquit,omne bonum rationis,quod eſt ordinis naturalis, & proprium tali ſuppoſito, eique commenſuratum. Cùm igitur rationis bonum, quod cernitur in cohibendis paſſionibus appetitus ſenſitiui, ſit bonum quoddam ordinis naturalis,ipſi expetenti propriū, nec eius vires excedens:fit,vt voluntas non egeat habitu,quo in tale bonum feratur;egeat tamen appetitus ſenſitiuus,qui ex ſua natura non tendit in bonum rationis, vtpote illius menſuram & captum exſuperās, ſed in bonum delectabile.Dabitur nihilominus in voluntate habitus iuſtitiæ, quia hæc virtus ordinat immediatè affectum hominis ad bonum alterius; ſiquidem iubet reddere vnicuique ſuum.

Obiectio. Quòd ſi quis opponat, etiam intellectum inclinari ad verum; & tamen dari in eo habitum, quo primis principijs aſſentitur. Occurrendum:

Dilutio. diuerſam eſſe vtrobique rationem, quia intellectus non poteſt ferri etiam in propoſitiones notiſſimas, quin in ſe priùs extremorum ſpecies recipiat. Quare ſicuti per notitias extremorum determinatur ad aſſentiendum, neque ei ſufficit inclinatio naturalis:ita nihil mirum,ſi admittat habitum relictū ex aſſenſu, quo meliùs inclinetur: at voluntas nihil intra ſe depoſcit, vt propendeat in obiectum,ſibi prædicto modo commenſuratum. Adde, diuerſum inclinandi modum vtrique potentię conuenire. Nam voluntas per inclinationem tendit quodammodo extra ſe in rem amatam(vnde eſt,quòd anima magis dicitur eſſe vbi amat, quàm vbi animat) at intellectus trahit ad ſe rem cognitam. Vnde ex hac inclinationis diuerſitate fieri videtur, vt voluntas ſuo quaſi pondere abſq. ope aduentitia habitus feratur per ſe in obiecta,de quibus antea diximus;non ita verò intellectus.

Poſterior pars aſſertionis, videlicet: quòd fortitudo & temperantia A inſint: in appetitu ſenſitiuo, confirmatur in primis teſtimonio Ariſtot. qui lib.3. Eth. cap. 10. ait, fortitudinem & temperantiam eſſe partium animæ irrationalium, hoc eſt,ad appetitum ſenſitiuum pertinere, & lib. 2.cap.3. ex inſtituto probat,has virtutes verſari in moderādis voluptatibus & doloribus,quę ſunt affectiones appetitus ſenſitiui. Nec ſatisfaciunt, qui reſpondent, Ariſtotelem B intelligendum de habitibus illis bonis, in appetitu ſenſitiuo inhærentibus,qui à perfecta propriaq. virtutis ratione degenerant: nec ſunt illa fortitudo vel temperantia, quæ in virtutibus cardinalibus cenſentur: nō, inquam, ſatisfaciunt, quia ſi Ariſtoteles aliam temperantiam,aliamque fortitudinem in voluntate collocandas putaſſet, profectò earum mētionem in tradendis virtutibus feciſſet; C quàm tamen nullibi fecit. Secundò probatur inſtitutū hac ratione: Cùm virtus circa difficile verſetur, vt Ariſtoteles in 2.Ethic.communi aſſenſu docet; oportet illam in ea potentia reſidere,in qua difficultas ad eius materiam pertinens viget: at difficultas ſeruandi mediocritatem in paſſionibus oritur ex appetitu ſenſitiuo,cuius actus ſunt ipſæ paſſiones; vt ſatis indicant verba illa D. Pauli Rom.7. D *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*: ergo &c.

Cōfutatio reſponſionis.

Virtus circa difficile.

His ita diſputatis,etſi vtraq. pars controuerſiæ admodum probabilis ſit,libet tamen poſteriorem defendere,quæ magis Peripatetica eſt: vt cōſtat ex teſtimonijs Ariſtotelis pauló antè citatis,fateturque D. Bonauentura in 3.d.33.q.3.

E

ARTICVLVS II.

Diſſoluuntur argumenta, quæ priorem ſententiam confirmabant.

QVare rationes prioris ſententiæ hunc in modum explicandæ erunt. Ad primam, quæ primum pronunciatum oſtendere Sol. 1.

re

Digitized by Google

re nitebatur, dicendum: et ſi libertas & electio priùs perfectiuſq. voluntati, quam appetitui conueniant, tamen ſuo etiam modo cadere in actus appetitus ſenſitiui, quatenus mouetur à voluntate, & ei ciuili obſequio paret: idq. ſat eſſe, vt eius habitus electiuus nuncupetur.

Sol. 2.

Ad ſecundam reſpõdendum eſt: per eiuſmodi actus non gigni in voluntate temperantiam aut fortitudinem, cùm voluntas ijs habitibus non egeat, vt paulò B antè expoſuimus.

Sol. 3.

Ad tertiam dicendum: eſto in bono rationis cõtra inſurgentes paſſionum impetus tuendo amplectendoq. difficultatem ſentiamus; eam tamen difficultatem nõ ex ipſa voluntate, ſed ex appetitu ſenſitiuo prouenire: ad quam propulſandam ſat eſt, appetitum opera beneficioq. virtutum rectè diſponi ac mitigari. Fatetur tamen Ariſtoteles lib. 7. Ethic. dum appetitus præſi- C dio virtutum communitus non eſt, egere voluntatem ad repugnandum effrenatis paſſionum motibus qualitate quadam, quæ Continentia dicitur:

De continentia.

quæ tamen qualitas non mereatur abſolutè virtutis nomen (etſi ad habitus ſtudioſos pertineat) quia nõ tam voluntatem firmat & corroborat, vt paſſiones oppugnet ac vincat; quàm vt ne ab illis capiatur, ſed in arce rationis ſeſe contineat (vnde & D continentiæ nomen habet) tum præterea, quia non reddit voluntatem ſimpliciter expeditam promptamq. ad actiones ſtudioſas (quod virtutis proprium eſt) cùm ſe tantùm exerceat & in actum prodeat, dum in appetitu vehementes paſſionum motus oriuntur, quibus voluntas difficilè reſiſtit: ijs enim poſtea virtutum habitu edomitis & cohibitis, nullus iam eſt continentiæ vſus, ſed illos E iam multò languidiores voluntas ipſa per ſe retardat.

Ex his patet, quid reſpondendum ſit ad eam rationem, qua ſecundum aduerſariæ ſententiæ pronunciatum nitebatur. Nec enim voluntati neceſſarij ſunt habitus virtutum in ea inſidentes, ad refrænandos motus appetitus ſenſitiui: & habitus, quos in A eodem appetitu ad hoc munus præſtandum conſtituimus, propriè virtutes ſunt.

Ex dictis facilè quiuis intelliget, cùm in Angelis non ſint appetitus ſenſitiui, non competere eis habitum fortitudinis aut temperantię: etſi cõtrarium admitti poſſe dicat Scotus, in 3. diſt. 33. quæſt. vnica.

Obiect. 1.

Quòd ſi quis obijciat, Angelum oblato temperãtiæ aut fortitudinis obiecto poſſe rectè eligere quid eſſet acturus, & ex hiſce electionibus repetitis debere talium virtutum habitus comparare.

Solut.

Occurrendum erit, eiuſmodi conditionatas electiones (quas quidam in Angelis dari negant) ſi dentur, non ſat eſſe ad generandos earum virtutum habitus, qui non niſi per actus ſibi proprios gignuntur: ij verò elici nequeunt, vbi deeſt ipſorum materia, ratioque obiectiua in ordine ad ſubiectum quod operatur: conſtat autem deeſſe reſpectu angelorum.

Ita ſentit D.Th. 1. 2. q. 67. ar. 1. alijſque lect. in 3. d. 33.

Non proinde tamen deſinent in beatis eſſe poſt reſurrectionem prædicti habitus; eſto in eo ſtatu nõ iam poſſint inſurgere immoderatæ paſſiones, quarum impetum debeant cohibere: ſat enim eſt, conuenire eis appetitum ſenſitiuum, nec alienam eſſe ab eorum natura materiam rationemque formalem talium virtutum, nec earum poſſeſſionem dedecere felicem illam vitam omnibus bonis cumulatam: quin potiùs ad illius perfectionem magnoperè requiri, cùm vnum è potioribus appetituum ornamentis ſint virtutes.

In beatis erunt habitus moralium virtutum.

Quapropter erunt in beatis reliqui etiam habitus moralium virtutum; nec ij tantùm, quorum actus ibi exerceri poterunt, ſed etiam reliqui omnes: ante reſurrectionem quidem illi, qui in animo hęrent; poſtea verò tum hi, tum reliqui, qui in appetitu ſenſitiuo inſident. In quam ſententiam lege quæ ſcripſit D. Auguſtinus lib 14 de Trinit. cap. 9 Beda ad cap. 26. Exodi. Magiſter Sent. in 3. diſt. 33.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

Sitne apta virtutum diuiſio, an non?

ARTICVLVS I.

De diuiſione virtutum in intellectuales & morales.

OMiſſa opinione Menedemi Erithrienſis, Ariſtochij, & Zenonis Cittici, qui vnam tantum virtutem eſſe contendebant, variæ multiplicesque virtutum non ſolo nomine, ſed natura etiam differentium ſectiones traditæ à Philoſophis ſunt: ab Ariſtotele paſſim in libris de doct. Moral. à Platone in 4. li. de Repub. ab Alcinoo in lib. de eius Doct. Plotino in li. de Virtut. cap. 3. Iamblicho io lib. de Myſter. Aegypt. Porphyrio in lib. de occaſ. Theage Pythagoreo in li. de Virt. Macrobio in lib. de Somn. Scip. Item à Scholaſticæ Theologiæ profeſſoribus in 2. diſt. 27.

Primùm igitur virtus, vt iam ſuprà attigimus, in commune ſumpta, diſtribuitur in Intellectuales & Morales: docente Ariſtotele 2. Eth. cap. 1. Virtutes intellectuales ſunt, *quæ in intellectu inhærent:* morales, *quæ in appetitu ſedem obtinent.* Rurſus, virtutũ intellectualium aliæ ſunt contemplatiuæ, aliæ practicæ. Contemplatiuæ, *quæ in contemplatione & cognitione veritatis poſitæ ſunt, neque praxin reſpiciunt.* Practicæ, *quæ praxin ſpectant, & in opus incumbunt.*

Lege Ariſ. 6. Eth. c. 3. 6. 11. & 11. Meta. c. 1. & 1. mag. Mor. c. 35.

Contemplatiuæ ſunt tres, vt Ariſtoteles tradit 6. Ethic. capit. 3. Intellectus, Scientia, & Sapientia. Intellectus eſt *habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiendum firmiter & euidenter primis principijs:* cuiuſmodi ſunt hæc: Omne totum eſt maius ſua parte: Si ab æqualibus demas æqualia, quæ remanent [A] æqualia ſunt. Scientia, vt à ſapientia diſtinguitur, *eſt habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiendum firmiter euidenterque neceſſarijs concluſionibus, non tamẽ per ſupremas cauſas.* Denique Sapientia eſt *habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiẽdum concluſionibus neceſſarijs per primas & ſupremas cauſas:* qualis eſt prima philoſophia.

Ariſt. 6 Ethic. ca. 6. D. Th. 1. p. q. 79. art. 12.

Practicæ tres numerantur: nempe [B] ſynderesis, prudentia, & ars. Synderesis eſt *habitus practicus, quo quiſque redditur propenſus ad aſſentiendum primis, & communiſſimis principijs moralibus:* quale eſt illud: Bonum amplectendum eſt, malum vitandum. Item illud: Quod tibi vis, alteri facias: quod tibi non vis, alteri ne feceris. Prudentia eſt *recta ratio agibilium:* id eſt, actuũ humanorum in nobis immanentium. Licèt enim prudentia e- [C] tiam externos actus regat; circa internos tamen, vnde externi manant, præcipuè verſatur. Ars eſt *recta ratio factibilium.* Factibilia verò appellantur, quæ fiunt per actionẽ tranſeuntem in externã materiam: vt domus. Accipitur autem hic ars preſsè: alioqui etiam ſcientię, tam contemplatiuæ, quã practicæ, artis nomine comprehenduntur.

Lege Ariſ. lib. 1. mag. Mor. c. 5.

Quod ad virtutes morales ſpectat, [D] dicitur virtus moralis à more, prout mos naturalem, vel quodammodo naturalem inclinationem ad aliquid agendum ſignificat: talem enim inclinationem potentijs cõferunt habitus virtutũ moralium, quibus peculiaris eſt huiuſmodi ad actum propenſio, quatenus facultas appetens, in qua inhærent, alias potentias ad agendum mouet: vt explicat D. Th. in 1. 2. q. 18. art. 1. tum verò, quia appe- [E] titus ita in rem deſideratam propendet, vt in eam quaſi extra ſe feratur, atque adeò peculiari modo in eam inclinetur.

Triplex appetitus.

Porrò quemadmodũ facultas appetens eſt triplex; voluntas, appetitus concupiſcendi, & appetitus iræ: ita ad has animi facultates in officio cõtinendas ornandaſque tres oportet dari morales virtutes; iuſtitiã in

volun-

voluntate, temperantiam in appetitu concupiſcendi, fortitudinem in appetitu iræ. Quòd ſi nomen virtutis moralis laxiori ſignificato vſurpetur, hiſce tribus annumeranda erit Prudentia: licèt non in appetitu, ſed in intellectu inhæreat. Iure autem illis annumeratur, quòd earum regula ſit, & ad eius normam præſcriptionemque ſuos actus componant appetitus, quoties ex illarũ trium virtutum habitu operantur. Tum quòd perfectio prudentiæ non abſoluitur intra fines intellectus, antequam rectitudo in appetitu inueniatur: quidquid in aduerſam partem ſcripſerit Scotus in 3. d. 36. q. 1. Dicuntur autem hæ quattuor virtutes *Cardinales*: quo nomine eas appellauit D. Ambroſius ad cap. 6. Lucæ, & D. Hieronymus ad cap. 1. Matthæi: propterea quòd vt fores cardinibus; ſic illis omnis moralis vitæ honeſtas & ſanctitas fulciatur. Lege etiã D. Ambroſium in lib. de Parad. c. 3. D. Auguſtinum lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 21. D. Gregorium lib. 2. Moral. cap. 36. & Philonem lib. 1. Alleg. vbi quattuor Paradiſi fluminibus totam terram interſecantibus comparant has quattuor virtutes, quę vberrimis fluentis honeſtarum actionum vitam noſtram irrigant.

Quattuor virtutes cardinales.

Remotio obiect.

Iis quæ diximus non obſtat, quod D. Auguſtinus in li. de Moribus Eccleſ. cap. 15. affirmat, quattuor virtutes morales nihil eſſe aliud, niſi amorem rectè compoſitum: neque quod lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 22. docet, veram virtutem eſſe ordinem amoris: quibus verbis omnes virtutes in appetitu, ad quem amor pertinet, videtur conſtituere. Nec enim aliud indicat, quàm virtutem præſtare, vt rectè amemus: ſiquidem quiſquis virtutum præſidio ſeptus eſt, & ex earum regula agit, nihil præpoſterè aut inordinatè expetit.

A

ARTICVLVS II.

De virtutis diſtributione in acquiſitas & infuſas.

SOlet etiam virtus latè accepta in Acquiſitam & Infuſam diuidi. Virtus acquiſita, eſt *quæ noſtris actibus comparatur*. Infuſa, *quæ non acquiritur noſtris actibus, ſed à Deo infunditur*. B Sciendum verò eſt, ex D. Thoma in 1. 2. quæſt. 52. art. 4. dupliciter habitus dici infuſos: per ſe, vel per accidẽs. Etenim qui noſtris actibus acquiri poſſunt, & tamẽ diuinitus tribuuntur, per accidens infuſi vocantur; cuiuſmodi fuit ſcientia, Adamo & Salomoni munere cęleſti cõceſſa: qui verò non aliter, quàm diuina infuſione adipiſci queunt, infuſi per ſe dicuntur; vt gratia.

C Verſatur autem in diſceptatione, vtrum aliquæ ſint virtutes morales per ſe infuſæ. Negat Durandus in 3. diſtinct. 33. quæſt. 6. Argentinas eadem diſt. quæſt. 1. art. 1. Ochamus in 4. quæſt. 3. art. 3. in eandemque partem magis inclinat Scotus in 3. diſt. 36. quæſt. 1. artic. 3. Oppoſitum tamen aſſerendum eſt cum D. Thoma in 1. 2. quæſt 63. art. 3. Caietano ibid. Capreolo in 3. diſt. 33. quæſt. 1. aliiſque D compluribus. Cuius ſententiæ veritas paucis concludi poteſt hunc in modum: Virtutes morales acquiſitæ verſantur circa medium, per comparationem ad rectam rationem regulamque humanam, & in ordine ad vltimum finem naturalem. Atqui in ordine ad ſupernaturalem finem & ſecundùm diuinam regulam, ſępè medium aliter ſtatui oportet (multa enim fiunt reſpectu beatitudinis ſupernaturalis: quæ non ita fierent, ſi E naturalis duntaxat beatitudinis ratio haberetur.) Igitur neceſſariò pręter virtutes morales acquiſitas, quæ cum naturali fine regulaq. humana proportionem habent, dandæ erunt aliæ virtutes infuſæ ab iis ſpecie diſtinctæ, quæ ſupernaturali beatitudini & diuinę regulę aptè congruenterque reſpondeant.

Dari virtutes morales per ſe infuſas.

Nec

Digitized by Google

Dilutio argumẽti ad uerſariorum.

Nec ſatisfaciunt aduerſarij, dum inquiunt, ad hoc præſtandum ſat eſſe charitatem infuſam, à qua virtutum actus imperentur; & lumen fidei, quod oſtendat quonam pacto ij elici debeant, vt ad ſupernaturalem finem accõmodati ſint. Etenim virtutes Theologicæ, cùm habeant Deum pro obiecto, ordinant hominem ad beatitudinem: reſpectu Dei A immediatè; non autem reſpectu aliorum obiectorum, quæ ad eãdem beatitudinem referri oportet. Quare ponendæ erunt aliæ virtutes eiuſdem ordinis cum charitate & fide, proindeque infuſæ: quibus homo tanquam idoneis & perfectis inſtrumentis vtatur, & pro dignitate priuatim atque ex officio in ſupernaturalem beatitudinem ordinetur.

DISPVTATIO OCTAVA

DE PRVDENTIA.

QVÆSTIO I.

Vtrum Prudentia rectè ab Ariſtotele definita ſit?

ARTICVLVS I.

Approbatur, particulatimque exponitur definitio Prudentiæ.

NVnc de ſingulis virtutibus moralibus differendum erit: ac primùm de Prudentia, quæ inter eas principem locum obtinet: tum quia reſidet in intellectu, qui appetitu nobilior eſt; tum quia cæteras regit. Vnde D. Gregorius lib. 2. in Ezech. homil. 22. docet, alias virtutes, niſi quæ agunt prudenter agant, virtutes eſſe nequaquã poſſe: & Plato virtutes omnes ad prudẽtiam reuocabat, illaſque ſine huius præſidio quaſi Dædali ſtatuas ſolutas, fugaces, & inſtabiles eſſe aiebat. Diſputat autem de prudentia Ariſtoteles 6. Eth. cap. 5. D. Auguſtinus cap. 4. Plutarchus in lib. de Fortuna. Cicero lib. 5. de Fin. D. Thomas in 2. 2. à quæſt. 47.

Stobæus ſer. 3. & 4.

Igitur prudentiam communi Philoſophorum aſſenſu hunc in modum B definijt Ariſtoteles lib. 6. Ethic. ca. 5. *Prudentia eſt habitus agendi vera cum ratione circa ea, quæ homini bona aut mala ſunt.* Dicitur habitus vera agẽdi, id eſt, verus: vt reijciantur non ſolùm habitus perpetuò falſi, cuiuſmodi eſt error ſed etiam ij, qui interdum in falſitatem incurrunt, vt opinio & ſuſpicio. Dicitur agendi, id eſt, ad actionem dirigens: vt excludantur non modò habitus contemplatiui, v. g. ſcientia & ſapientia, qui ſola inſpectione veritatis contenti ſunt, nec ad actionem praxinve diriguntur; ſed etiam ars, quę licèt habitus verus ſit, non eſt tamen habitus agendi, id eſt, ex eorum numero, qui in interna actione verſantur (ſic enim actio eo loco ſumi debet) ſed faciendi; hoc eſt, qui in effectionem ſiue externum opus incumbunt. Additur, circa ea quæ homini bona vel mala ſunt: vt remoueantur nonnulli habitus, qui licèt veri ſint, & immanentes actiones præcipuè ſpectent; non tamen humanarum actionum probitatem curant, vt Dialectica: id enim prudentiæ munus eſt, vtpote quæ rectè viuendi rationem tradit, & quid fugiendum amplectendumve ſit præſcribit.

Alias prudentiæ definitiones tradit D. Aug. 1. lib. de Lib. arbi. c. 13. & li. 83. quæ. q. 31. D. Hier. ad 1. c. epiſt. ad Epheſ.

C

A ſu-

A ſuperiori definitione nihil re ipſa differt ea, quam proxima quæſtione attulimus ex D. Thomæ in 2. 2. q. 47. art. 5. videlicet, *prudentia eſt recta ratio agibilium:* ſeu *habitus verus, agibilia, id eſt, immanentes vitæ humanæ actiones, dirigens*. Quoniam verò de ijs quæ agenda ſunt rectè iudicare nemo poteſt, niſi circa ea probè affectus ſit, vt alibi hoc opere monuimus: conſtat, prudentiæ dictamina requirere probam voluntatis affectionem. Ideoque cum prudentia dicitur recta ratio, non intellectus ſolum, ſed voluntatis etiam rectitudo ſignificatur. Quam tamen rectitudinem voluntatis non exigit moralis philoſophia. Vnde eſt, quòd habentē non ſimpliciter bonum facit, proindeque nec perfectam virtutis rationem obtinet, vt prudentia.

Moralis Philoſophia cur nō ſit perfecta virtus.

ARTICVLVS II.

Qua ratione intelligendum ſit, prudentiæ non ſubeſſe falſum.

IVre tamen quæſierit aliquis, quònam modo Prudentia dicatur ab Ariſtotele habitus agendi vera cum ratione; ſi verſatur circa contingentia, quæ, vt ſuapte natura in vtramque partem cadunt, ita iudicium intellectus fallere poſſunt. Pro explicatione huiuſce difficultatis aduertendum eſt: quemadmodum intellectus diuiditur in ſpeculatiuū & practicum, vt ex Ariſtotele 3. de Anima cap. 10. text. 49. docuit S. Thomas 1. part. quæſt. 79. artic. 11. ita duplicem eſſe veritatem, alteram ſpeculatiuā, alteram practicam. Prior ſpectatur penes conformitatem cognitionis, ſiue intellectus cognoſcentis ad rem cognitam: de eaque intelligitur illud Ariſtotelis in lib. 1. Periherm. cap. 8. *quia res eſt aut non eſt, ideo enunciatio vera eſt aut falſa*. Poſterior autem, vt ad præſentem locum ſpectat, conſiſtit in adæquatione rationis ad appetitum rectum: vt conſtat ex ijs, quæ tradit etiam Ariſtoteles lib. 6. Eth. cap. 2. Quam appetitus rectitudinem virtutes in eo reſidentes præ-

Duplex veritas.

A ſtant. Ex hac duplici veritatis notione fit, vt nullus habitus ſpeculatiuus ſit abſolutè verus; niſi circa obiectū neceſſarium, & quod aliter ſe habere non poſſit, verſetur: cùm eius veritas à conditione obiecti dependeat. Practicus verò, quamuis tendat in obiectum contingens, poſſit nihilominus eſſe veritati conſentaneus, ſi recto appetitui adæquetur, quicquid ſit de conformitate ad obie-
B ctum ſecundùm ſe & ex ſua natura ſpectatum.

Hinc non difficile iam erit perſpicere, cur prudentia circa verum perpetuò inſiſtat, neque vnquam erret. Nam cùm ſupponat voluntatis rectitudinem, oportet eius actum eſſe verum practicè, prout habet ordinem ad voluntatem rectam, cui conformatur; etſi in obiectum contingens tendat, atque adeò ſpeculatiuè
C falſo deprehendi poſſit. v. g. quòd mediocritas, quem temperantia requirit, ſit in hac aut illa cibi quantitate, ex accidente eſt; cùm in maiorī aut minori, pro ratione circumſtantiarum, ſeruari queat: ſi tamen hæc definita quantitas ſit recto appetitui conformis, vtique certum eſt indicium, quo intellectus eam quantitatem eſſe mediocrem, atque adeò eligendam præſcribit, eſto contin-
D gat, ſpeculatiuè falſum eſſe, ob aliquem errorem citra culpam iudicantis.

Veritas circa quā verſatur prudentia.

QVAESTIO II.

*Vtrum actus prudentiæ eiuſque partes rectè tra-
E dantur?*

ARTICVLVS I.

De actibus prudentiæ.

IN hac dubitatione ſciendum primò eſt; prudentiam non præſtituere finem virtutibus moralibus:

Digitized by Google

ſibus: id enim pertinet ad naturalem rationem & ſynderesin, quæ ſe habet ad prudentiam, vt intellectus principiorum ad ſcientiam. Itaque prudentiæ munus eſt per ſe de medijs tantùm, ſeu de ijs quę ad finem ſunt, diſponere: dirigendo nimirum alias virtutes morales circa media, ad earum fines obtinendos accommodata: vt docet Ariſtoteles lib. 6. Eth. cap. 13. & D. Thom. in 2. 2. q. 47. ar. 6. vbi lege Caietanum, Scotó pro D. Thoma reſpondentem.

Tres actiones prudētiæ.

Sunt autem tres actus ad prudentiam ſpectantes: vt docet Ariſtotel. 6. Ethic. cap. 9. & 10. Quorum primus eſt, conſultare & inquirere media: conſtituto enim fine, ad quem quis obtinendum animum applicat, mouet voluntas intellectum, vt inueſtiget media ad illum aſſequendum idonea. Secundus eſt, iudicare quænam è medijs inuentis ad finem adipiſcendum magis conducant. Tertius, præcipere ſiue imperare, vt ea quæ iudicata ſunt perficiantur: qui eſt actus rationis ſiue intellectus, dirigentis mouentiſque voluntatem ad executionem.

Quod vt planiùs intelligas, aduerte, facta mediorum inquiſitione ac iudicio, & conſentiente voluntate, efficaciterque eligente medium illud, quod ad finem conſequendum magis conducere viſum eſt, intellectum interna quadam locutione denunciare, atque intimare quid agendum ſit. Itaque imperium conſiſtit in hac denunciatione & intimatione; qua intellectus voluntatem eius, cui imperat, ad agendum permouet. Vbi cernis, ad imperium prærequiri voluntatis conſenſum & efficacem electionem: rurſuſque ab intellectu excitari voluntatem, vi huiuſce conſenſus & electionis: niſi enim voluntas medium eligeret, nequaquam intellectus ad agendum impelleret.

Imperium quid ſit.

Eſt autem imperium actus ipſi prudentiæ peculiariter conueniens, vt progreſſu patebit, in quo ratio legis conſiſtit: quicquid in contrariam partem nonnulli aſſeruerint, exiſti-

A mantes legem non ad intellectum, ſed ad voluntatem pertinere. Quorum opinio ex eo breuiter confutatur: quia quantumlibet princeps aliquid à ſubditis fieri velit, etiamſi de eius voluntate conſtet, non habet ea voluntas vim legis, nec ad eã implendam ciues aſtringuntur; niſi deinde accedat præceptio illa, quæ per intellectum fit. Item, quia lex eſt formaliter directio & regula: di-

B rigere verò pertinet ad intellectum, vt conſtat ex doctrina Ariſt. 10. Ethi. cap. 9.

Quòd ſi quis obijciat, legem diuinam naturalem eſſe verè legem, & tamen antecedere omnem actum voluntatis diuinæ; quemadmodum & ſcientia naturalis Dei, conſideratione noſtra, eſt prior omni actu diuinæ voluntatis: quare aut legem non conſiſtere in imperio, aut imperium

C non ſupponere actum voluntatis. Occurrendum erit, cùm in illo imperio legem conſtituimus, non loqui nos de lege naturali, quà talis eſt; ſed de lege poſitiua. Re enim vera quamuis Deus non præciperet ne quis mentiretur, quiſq; noſtrum teneretur mendacium fugere, quia id ſuapte natura & intrinſeca ratione malum eſt: non teneretur tamen lethalia peccata confeſſione expia-

D re, niſi id Deus præciperet. Itaque ſi legis nomen accipiatur, prout tantùm ſignificat regulam ſeu menſuram actionis alicuius, ad quam operans tenetur ſeſe conformare, tunc etiam dictamina iuris naturalis, etſi nullum actum voluntatis aut intimationem ſupponant, leges dicentur: non tamen ſi lex ſumatur minùs latè; ſic enim conſiſtit in illo imperio, quod diximus. Ve-

E rùm vtrolibet modo lex ſumatur, ſemper eſt actus prudentiæ, atque inter cæteros præcipua dignitate eminens.

ARTICVLVS II.

De partibus prudentiæ, quæ integrantes vocantur.

Tria partium genera in virtutibus.

QVod ad Prudentiæ partes attinet, ſciendum, ordinariè in qualibet virtute tria partium genera inueniri: nempe integrantes, ſubiectas, potentiales. *Integrantes partes* dicuntur, non quòd virtutem ipſam integrent & componant: ſed quòd ad perfectum illius actum omnes eas concurrere oporteat. *Partes ſubiectæ* virtutis appellantur, quæ ſub ea continentur: quo etiam pacto homo dicitur pars ſubiecta animali. *Potentiales partes* dicuntur virtutes adiunctæ: quæ ideo potentiales nuncupantur, quia non totam principalis virtutis poteſtatem in ſe cohibent; quemadmodum ſingulæ partes animi potentiales, vt intellectus & voluntas, non includunt in ſe totam animi vim & facultatem.

Partes integrantes prudẽtiæ.

Igitur partes integrantes prudentiæ octo numerantur à D. Thoma in 2.2.quæſt.48. videlicet memoria, intelligentia, docilitas, ſolertia, ratio, prouidentia, circumſpectio, & cautio. Quarũ quinq; priores ſpectant ad prudentiam, vt eſt habitus cognoſcendi: tres autem poſteriores ad eandem pertinent, quatenus præcipit applicando cognitionem ad opus. Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia circa cognitionem tria conſideranda occurrunt. Primò ipſa cognitio: quæ ſi præteritorum ſit, dicitur *memoria*: ſi præſentium, ſiue ea ſint contingentia, ſiue neceſſaria, vocatur *intelligentia intellectusve*. Non accipitur verò tunc intellectus pro ipſa potentia intelligendi præcisè; ſed prout importat rectam æſtimationem alicuius principij moralis, à quo progreſſus rectæ rationis agibilium, id eſt, prudentiæ deriuetur. Secundò occurrit ipſa cognitionis acquiſitio: quæ vel fit per diſciplinam; & ad hoc ſpectat *docilitas*, qua quis redditur promptus ac facilis ad audiendas aliorum ſententias (oportet enim prudentem virum, vt rectè iudicet, expertorum & antiquorum audire ſententias) vel fit per inuentionem; ad quod pertinet *ſolertia*, cuius eſt repentina mediorum excogitatio. Tertiò expendi poteſt vſus cognitionis, quo mens ex quibuſdam antea cognitis ad alia cognoſcenda iudicandave progreditur, quod eſt officium *rationis*; quam ad prudenter agendum aptè diſpoſitã expeditamve eſſe oportet. Et verò hæc, vt rectè præcipiat, tribus indiget, nimirum prouidentia, circumſpectione, & cautione. *Prouidentia*, vt res futuras ad finem accommodatè diſponat & ordinet: *circumſpectione*, vt negotiorum circumſtantias cautè diligenterque attendat: *cautione*, vt impedimenta, quæ accidere poſſunt, declinet ac remoueat.

ARTICVLVS III.

De partibus ſubiectis & potentialibus Prudentiæ.

QVemadmodum agibile in commune latè patet, & in varias diſtribuitur ſpecies: ita & Prudentia, quæ circa illud verſatur. Hinc prudentia in commune varias partes ſubiectas cohibet, quarum potiores ſunt quinque: nimirum prudentia ſolitaria, œconomica, militaris, regalis, politica. Nam vel quis ſeſe prudenter gerit erga ſeipſum, tantùm; & hæc prudentia dicitur *ſolitaria*. Vel circa multitudinem gubernandam. Quę quidem multitudo aut ab eo dirigitur ad aliquod ſpeciale negotium pro certo tempore, vt multitudo militum ad bellum: in hac gubernanda verſatur *prudentia militaris*. Aut eã multitudo ſub eo regimine toto vitæ tempore duratura eſt: quæ ſi ſit familia, prudentia quæ ad hanc regendam conſtituitur, dicitur *Oeconomica*: ſi autem ſit Reſpublica; in Principe vocatur *regalis* ad ſubditos gubernandos: in ipſis verò ſubditis dicitur *politica*, qua pruden-

prudenter ſe gerūt Principi obtemperando, communis boni gratia. Sed, vt ſubditis erga Principem, ita & in alijs erga eos à quibus reguntur, ſua etiam prudentia neceſſaria eſt.

Partes autem potentiales prudentiæ ſunt Eubulia, Syneſis, & Gnome. Nam quemadmodum tres ſunt actus prudentiæ, vt ſuperiùs diximus, videlicet inquiſitio mediorū, iudicium de medijs inuentis, præceptio ſiue imperium vt ea quæ iu- A dicata ſunt efficiantur; in quorum vltimo prudentię vis maximè elucet: ita ad hæc tria facilè exactèque pręſtanda tres ſunt habitus: nimirum ad media accomodata facilè inuenienda, *Eubulia*: ad bene iudicandum de ijs, quę lege aliqua definita ſunt, *Syneſis*: ad ferendum verò iudicium de ijs, quæ non ſunt lege aliqua determinata, & tamen in praxim veniunt, in quibus maior occurrit difficultas, *Gnome*.

DISPVTATIO NONA.

DE CETERIS VIRTVTIBVS MORALIBVS.

QVAESTIO I.

De iuſtitia.

ARTICVLVS I.

Quid ſit iuſtitia.

INter Virtutes ſimpliciter morales principem locum obtinet Iuſtitia, tum ratione ſubiecti, tum ratione obiecti. Ratione ſubiecti, quia cùm reliquæ morales virtutes appetitui ſenſitiuo inhæreant, vt eius perturbationes moderentur & cohibeant; ipſa in appetitu rationali, hoc eſt, in voluntate inſidet: vt tradit Ariſtoteles 5. Eth. cap. 1. Ratione obiecti, quia aliæ virtutes morales verſantur per ſe duntaxat & ex proprio inſtituto circa bonum eius in quo ſunt: at ſecundùm iuſtitiam habet ſe quiſque bene etiam erga alios, æqualitatem eis pręſtans; vnde & iuſtitia bonum alterius dicitur ab Ariſtotele loco citato: vir- B tutes autem, quæ alijs honeſtiſſimæ ſunt, præſtantiſſimæ habentur, vt idem aſſerit in 1. lib. Rhet. cap. 9.

Definitur verò iuſtitia hunc in modum: *Iuſtitia eſt virtus, quæ ſuum cuique ius tribuit.* Porrò Ius, docente Ariſtotele 5. lib. Ethic. cap. 2. nihil eſt aliud, quàm iuſtum & rectum: quod quidem in duo membra diuiditur; nempe in naturale, & poſitiuum ſeu legitimum. (Ius quotuplex.) C *Ius naturale*, vt definit Ariſtoteles 5. Eth. cap. 7. *eſt, quod vbique eandem vim obtinet*: & non quia videtur vel non videtur, ſeu quod vbique natura ſua neceſſarium eſt; & non quia alicuius arbitrio iudiciove ſtatuitur: quale eſt vt innocens non occidatur. *Ius poſitiuum ſeu legitimum eſt, quod quà* D *tale, non ex ipſa natura, ſed ex aliqua inſtitutione pendet*: vt quòd frumentum tanto precio vendatur. De alia Iuris diſtributione, in ius ciuile & gentium, & herile, familiare, paternum, & dominatiuum, aliaque eiuſmodi, conſule Ariſtotel. lib. 5. Ethic. cap. 6. & 7. D. Thom. in 2. 2. quæſt. 57. Dicitur ergò iuſtitia

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

Vtrum in appetitu ſenſitiuo aliquę virtutes inſint?

ARTICVLVS I.

Sententia Scoti, & aliorum.

PRopoſita quæſtio non de omni virtute morali, ſed de ſola temperantia & fortitudine excitari ſolet. Nam quòd iuſtitia in voluntate hæreat; communis eſt Philoſophorum & Theologorum cõſenſus.

Opinio Scoti. Scotus in 3.d.33.quæſt.1.duo ſtatuit pronunciata. Alterum eſt: fortitudinem & temperantiam, vt propriè ac ſimpliciter virtutes morales, ſunt reſidere in voluntate. Alterum: dari in appetitu tam iraſcibili, quàm concupiſcibili, aliquos habitus, quibus circa fortitudinis & temperantiæ materiam rectè afficiantur; qui tamē habitus ad virtutis dignitatem non pertingant. Scoto aſſentiuntur non eius tantùm diſcipuli, ſed plerique alij: vt Gabriel in 3.d.23.q.1 & d.33. q.1. Ochamus in 3.quæſt.10.& 11.& quodl.2.q.16. Almainus Moral. tractat.3.cap.6. Buridanus 1.Eth.q. vlt.

Virtus moralis habitus electiuus. Primum pronunciatum hiſce argumentis oſtenditur. Virtutes morales inſunt in ea potentia, ad quam pertinet electio, & libertas; cùm virtus moralis definiatur habitus electiuus, & eius bonitas in actione dũtaxat libera inueniatur: atqui electio eſt actus voluntatis, non appetitus ſenſitiui, & voluntatis actiones propriè ac ſimpliciter liberæ ſunt; non autē quæ ab appetitu ſenſitiuo exercentur: igitur virtutes morales non in appetitu, ſed in voluntate hærent. Secundò: Negari non poteſt, nos à voluntate elicere actus circa materiam temperantiæ & fortitudinis; vt cùm moderatum cibum eligimus; cùm, etiam repugnante appetitu, conſtanter dolores perferimus, & A pericula adimus: igitur per iſtiuſmodi actus gignentur in voluntate habitus fortitudinis & temperantiæ. Tertiò: Voluntas eget harum virtutum habitibus: ſed, vti proximè oſtenſum fuit, poteſt eos ſuis actibus comparare: non eſt ergo cur negemus ineſſe illos voluntati. Maior ſuadetur: quia voluntas magnam experitur difficultatem in amplectēdo bono contra paſſionum impetus, B adeò vt ijs non alliciatur ſolùm, ſed interdum quaſi inuita rapiatur: iuxta illud Iacob.1. *Vnuſquiſque tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.*

Alterum Scoti pronuntiatum ex eo oſtenditur: quia ad cohibendas effrenatas appetitiones vtriuſque appetitus, tam iraſcendi, quàm concupiſcendi, ne rationem turbent, voluntatemque ad ſe trahant, opus eſt habitibus, C qui in vtroque appetitu inſint, & eiuſdem actibus comparentur: at quòd ij nequaquam perfectæ virtutis rationem obtineant, ex eo cõſtat, quia, vt paulò antea diximus, neque electio, neque perfecta libertas, quas perfectæ virtutis notio requirit, in inferiorem appetitum conueniunt.

ARTICVLVS II.

D

Defenditur opinio D. Thomæ, eiuſque ſectatorum.

DIuus Thomas in 1.2.q.56. art.4. & Caietan.ibid. Capreolus in 3.d.33. q. 1. ad argumenta contra 1. concl. Ferrar. 1. contra gentes cap. 92. Aegidius quodl.4.quæſt.18. Sotus lib.3. de Iuſtitia & iure, q. 2. art.4 & alij, aduerſam opinionem defendũt, E quæ hac aſſertione continetur: Fortitudo & temparantia non inhærent in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo. Huiuſce aſſertionis prior pars eo potiſſimùm fundamento nititur apud D.Thomam: quia pro certo ſtatuit, nullam potentiam indigere aliqua qualitate, qua inclinetur ad id, ad quod ſuopte ingenio propenſa eſt: quo modo ſe habet voluntas Fundamētum opinionis D. Thomæ.

tum

Digitized by Google

ſum ad bonum in commune; tum ad quodlibet particulare bonum, proportionatum ſuppoſito ipſum expetenti: cuiuſmodi eſt,inquit,omne bonum rationis,quod eſt ordinis naturalis, & proprium tali ſuppoſito, eique commenſuratum. Cùm igitur rationis bonum , quod cernitur in cohibendis paſſionibus appetitus ſenſitiui , ſit bonum quoddam ordinis naturalis,ipſi expetenti propriū, neceius vires excedens:fit,vt voluntas non egeat habitu,quo in tale bonum feratur;egeat tamen appetitus ſenſitiuus,qui ex ſua natura non tendit in bonum rationis, vtpote illius menſuram & captum exſuperās, ſed in bonum delectabile. Dabitur nihilominus in voluntate habitus iuſtitiæ , quia hæc virtus ordinat immediatè affectum hominis ad bonum alterius; ſiquidem iubet reddere vnicuique ſuum.

Obiectio. Quòd ſi quis opponat , etiam intellectum inclinari ad verum; & tamen dari in eo habitum, quo primis

Dilutio. principijs aſſentitur. Occurrendum: diuerſam eſſe vtrobique rationem, quia intellectus non poteſt ferri etiam in propoſitiones notiſſimas, quin in ſe priùs extremorum ſpecies recipiat. Quare ſicuti per notitias extremorum determinatur ad aſſentiendum , neque ei ſufficit inclinatio naturalis: ita nihil mirum,ſi admittat habitum relictū ex aſſenſu , quo meliùs inclinetur: at voluntas nihil intra ſe depoſcit, vt propendeat in obiectum,ſibi prædicto modo commenſuratum. Adde, diuerſum inclinandi modum vtrique potentię conuenire. Nam voluntas per inclinationem tendit quodammodo extra ſe in rem amatam(vnde eſt,quòd anima magis dicitur eſſe vbi amat , quàm vbi animat) at intellectus trahit ad ſe rem cognitam. Vnde ex hac inclinationis diuerſitate fieri videtur , vt voluntas ſuo quaſi pondere abſq. ope aduentitia habitus feratur per ſe in obiecta,de quibus antea diximus; non ita verò intellectus.

Poſterior pars aſſertionis, videlicet: quòd fortitudo & temperantia

A inſint: in appetitu ſenſitiuo, confirmatur in primis teſtimonio Ariſtot. qui lib.3. Eth. cap.10. ait, fortitudinem & temperantiam eſſe partium animæ irrationalium, hoc eſt,ad appetitum ſenſitiuum pertinere, & lib. 2.cap.3. ex inſtituto probat,has virtutes verſari in moderādis voluptatibus & doloribus,quę ſunt affectiones appetitus ſenſitiui. Nec ſatisfaciunt , qui reſpondent , Ariſtotelem Cōfutatio reſponſionis.

B intelligendum de habitibus illis bonis, in appetitu ſenſitiuo inhærentibus,qui à perfecta propriaq. virtutis ratione degenerant: nec ſunt illa fortitudo vel temperantia , quæ in virtutibus cardinalibus cenſentur : nō, inquam, ſatisfaciunt, quia ſi Ariſtoteles aliam temperantiam,aliamque fortitudinem in voluntate collocandas putaſſet, profectò earum mētionem in tradendis virtutibus feciſſet;

C quàm tamen nullibi fecit. Secundò probatur inſtitutū hac ratione: Cùm virtus circa difficile verſetur, vt Ariſtoteles in 2. Ethic. communi aſſenſu docet ; oportet illam in ea potentia reſidere, in qua difficultas ad eius materiam pertinens viget: at difficultas ſeruandi mediocritatem in paſſionibus oritur ex appetitu ſenſitiuo, cuius actus ſunt ipſæ paſſiones; vt ſatis indicant verba illa D. Pauli Rom.7. Virtus circa difficile.

D *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ:* ergo &c.

His ita diſputatis, etſi vtraq. pars controuerſiæ admodum probabilis ſit,libet tamen poſteriorem defendere, quæ magis Peripatetica eſt: vt cōſtat ex teſtimonijs Ariſtotelis paulò antè citatis, faceturque D. Bonauentura in 3.d.33.q.3.

E

ARTICVLVS II.

Diſſoluuntur argumenta, quæ priorem ſententiam confirmabant.

QVare rationes prioris ſententiæ hùnc in modum explicandæ erunt. Ad primam, quæ Sol. 1. primum pronunciatum oſtendere

re

Digitized by Google

re nitebatur, dicendum: etſi libertas A & electio priùs perfectiuſq. voluntati, quam appetitui conueniant, tamen ſuo etiam modo cadere in actus appetitus ſenſitiui, quatenus mouetur à voluntate, & ei ciuili obſequio paret: idq. ſat eſſe, vt eius habitus e-

Sol. 2.

lectiuus nuncupetur. Ad ſecundam reſpõdendum eſt: per eiuſmodi actus non gigni in voluntate temperantiam aut fortitudinem, cùm voluntas ijs habitibus non egeat, vt paulò B

Sol. 3.

antè expoſuimus. Ad tertiam dicendum: eſto in bono rationis cõtra inſurgentes paſſionum impetus tuendo amplectendoq. difficultatem ſentiamus; eam tamen difficultatem nõ ex ipſa voluntate, ſed ex appetitu ſenſitiuo prouenire: ad quam propulſandam ſat eſt, appetitum opera beneficioq. virtutum rectè diſponi ac mitigari. Fatetur tamen Ariſtoteles lib. 7. Ethic. dum appetitus præſi- C dio virtutum communitus non eſt, egere voluntatem ad repugnandum effrenatis paſſionum motibus quali-

De continentia.

tate quadam, quæ Continentia dicitur: quæ tamen qualitas non mereatur abſolutè virtutis nomen (etſi ad habitus ſtudioſos pertineat) quia nõ tam voluntatem firmat & corroborat, vt paſſiones oppugnet ac vincat; quàm vt ne ab illis capiatur, ſed in arce rationis ſeſe contineat (vnde & D continentiæ nomen habet) tum præterea, quia non reddit voluntatem ſimpliciter expeditam promptamq. ad actiones ſtudioſas (quod virtutis proprium eſt) cùm ſe tantùm exerceat & in actum prodeat, dum in appetitu vehementes paſſionum motus oriuntur, quibus voluntas difficilè reſiſtit: ijs enim poſtea virtutum habitu edomitis & cohibitis, nullus iam eſt continentiæ vſus, ſed illos E iam multò languidiores voluntas ipſa per ſe retardat.

Ex his patet, quid reſpondendum ſit ad eam rationem, qua ſecundum aduerſariæ ſententiæ pronunciatum nitebatur. Nec enim voluntati neceſſarij ſunt habitus virtutum in ea inſidentes, ad refrænandos motus appetitus ſenſitiui: & habitus, quos in eodem appetitu ad hoc munus præſtandum conſtituimus, propriè virtutes ſunt.

Ex dictis facilè quiuis intelliget, cùm in Angelis non ſint appetitus ſenſitiui, non competere eis habitum fortitudinis aut temperantię: etſi cõtrarium admitti poſſe dicat Scotus, Obiect. 1.
in 3. diſt. 33. quæſt. vnica. Quòd ſi quis obijciat, Angelum oblato temperãtiæ aut fortitudinis obiecto poſſe rectè eligere quid eſſet acturus, & ex hiſce electionibus repetitis debere talium virtutum habitus comparare. Occurrendum erit, eiuſmodi Solut.
conditionatas electiones (quas quidam in Angelis dari negant) ſi dentur, non ſat eſſe ad generandos earum virtutum habitus, qui non niſi per actus ſibi proprios gignuntur: ij verò elici nequeunt, vbi deeſt ipſorum materia, ratioque obiectiua in ordine ad ſubiectum quod operatur: conſtat autem deeſſe reſpectu angelorum.

Non proinde tamen deſinent in beatis eſſe poſt reſurrectionem prædicti habitus; eſto in eo ſtatu nõ iam poſſint inſurgere immoderatæ paſſiones, quarum impetum debeant cohibere: ſat enim eſt, conuenire eis appetitum ſenſitiuum, nec alienam eſſe ab eorum natura materiam rationemque formalem talium virtutum, nec earum poſſeſſionem dedecere felicem illam vitam omnibus bonis cumulatam: quin potiùs ad illius perfectionem magnoperè requiri, cùm vnum è potioribus appetituum ornamentis ſint virtutes. Quapropter erunt in beatis reliqui etiam habitus moralium virtutum; nec ij tantùm, quorum actus ibi exerceri poterunt, ſed etiam reliqui omnes: ante reſurrectionem quidem illi, qui in animo hęrent; poſtea verò tum hi, tum reliqui, qui in appetitu ſenſitiuo inſident. In quam ſententiam lege quæ ſcripſit D. Auguſtinus lib 14 de Trinit. cap. 9 Beda ad cap. 26. Exodi. Magiſter Sent. in 3. diſt. 33.

Ita ſentit D. Th. 1. 2. q. 67. ar. 1. alijſque lect. in 3. d. 33.

In beatis erunt habitus moralium virtutum.

QVAE-

QVÆSTIO VI.

Sitne apta virtutum diuiſio, an non?

ARTICVLVS I.

De diuiſione virtutum in intellectuales & morales.

OMiſſa opinione Menedemi Erithrienſis, Ariſtochi), & Zenonis Cittici, qui vnam tantum virtutem eſſe contendebant, variæ multiplicesque virtutum non ſolo nomine, ſed natura etiam differentium ſectiones traditæ à Philoſophis ſunt: ab Ariſtotele paſſim in libris de doct. Moral. à Platone in 4. li. de Repub. ab Alcinoo in lib. de eius Doct. Plotino in li. de Virtut. cap. 3. Iamblicho in lib. de Myſter. Aegypt. Porphyrio in lib. de occaſ. Theage Pythagoreo in li. de Virt. Macrobio in lib. de Somn. Scip. Item à Scholaſticæ Theologiæ profeſſoribus in 2. diſt. 27.

Primùm igitur virtus, vt iam ſuprà attigimus, in commune ſumpta, diſtribuitur in Intellectuales & Morales: docente Ariſtotele 2. Eth. cap. 1. Virtutes intellectuales ſunt, *quæ in intellectu inhærent:* morales, *quæ in appetitu ſedem obtinent.* Rurſus, virtutū intellectualium aliæ ſunt contemplatiuæ, aliæ practicæ. Contemplatiuæ, *quæ in contemplatione & cognitione veritatis poſitæ ſunt, neque praxin reſpiciunt.* Practicæ, *quæ praxin ſpectant, & in opus incumbunt.*

Lege Ariſ. 6. Eth. c. 3. 6. 11. & 11. Meta. c. 1. & 1. mag. Mor. c. 35.

Contemplatiuæ ſunt tres, vt Ariſtoteles tradit 6. Ethic. capit. 3. Intellectus, Scientia, & Sapientia. Intellectus eſt *habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiendum firmiter & euidenter primis principijs:* cuiuſmodi ſunt hæc: Omne totum eſt maius ſua parte: Si ab æqualibus demas æqualia, quæ remanent

A æqualia ſunt. Scientia, vt à ſapientia diſtinguitur, *eſt habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiendum firmiter euidenterque neceſſarijs concluſionibus, non tamē per ſupremas cauſas.* Denique Sapientia eſt *habitus contemplatiuus, quo quis inclinatur ad aſſentiēdum concluſionibus neceſſarijs per primas & ſupremas cauſas:* qualis eſt prima philoſophia.

Ariſt. 6 Ethic. ca. 6. D. Th 1. p. q. 79. art. 12.

Practicæ tres numerantur: nempe B ſynderesis, prudentia, & ars. Synderesis eſt *habitus practicus, quo quiſque redditur propenſus ad aſſentiendum primis, & communiſſimis principijs moralibus:* quale eſt illud: Bonum amplectendum eſt, malum vitandum. Item illud: Quod tibi vis, alteri facias: quod tibi non vis, alteri ne feceris. Prudentia eſt *recta ratio agibilium:* id eſt, actuū humanorum in nobis immanentium. Licèt enim prudentia e-C tiam externos actus regat; circa internos tamen, vnde exteroi manant, præcipuè verſatur. Ars eſt *recta ratio factibilium.* Factibilia verò appellantur, quæ fiunt per actionē tranſeuntem in externā materiam: vt domus. Accipitur autem hic ars preſsè: alioqui etiam ſcientiç, tam contemplatiuæ, quā practicæ, artis nomine comprehenduntur.

Lege Ariſ. lib. 1. mag. Mor. c. 5.

Quod ad virtutes morales ſpectat, D dicitur virtus moralis à more, prout mos naturalem, vel quodammodo naturalem inclinationem ad aliquid agendum ſignificat: talem enim inclinationem potentijs cōferunt habitus virtutū moralium, quibus peculiaris eſt huiuſmodi ad actum propenſio, quatenus facultas appetens, in qua inhærent, alias potentias ad agendum mouet: vt explicat D. Th. in 1. 2. q. 18. art. 1. tum verò, quia appe-E titus ita in rem deſideratam propendet, vt in eam quaſi extra ſe feratur, atque adeò peculiari modo in eam inclinetur.

Triplex appetitus.

Porrò quemadmodū facultas appetens eſt triplex; voluntas, appetitus concupiſcendi, & appetitus iræ: ita ad has animi facultates in officio cōtinendas ornandaſque tres oportet dari morales virtutes; iuſtitiā in volun-

voluntate, temperantiam in appetitu concupiſcendi, fortitudinem in appetitu iræ. Quòd ſi nomen virtutis moralis laxiori ſignificato vſurpetur, hiſce tribus annumeranda erit Prudentia: licèt non in appetitu, ſed in intellectu inhæreat. Iure autem illis annumeratur, quòd earum regula ſit, & ad eius normam præſcriptionemque ſuos actus componant appetitus, quoties ex illarũ trium virtutum habitu operantur. Tum quòd perfectio prudentiæ non abſoluitur intra fines intellectus, antequam rectitudo in appetitu inueniatur: quidquid in aduerſam partem ſcripſerit Scotus in 3. d. 36. q. 1. Dicuntur autem hæ quattuor virtutes *Cardinales*: quo nomine eas appellauit D. Ambroſius ad cap. 6. Lucæ, & D. Hieronymus ad cap. 1. Matthæi: propterea quòd vt fores cardinibus; ſic illis omnis moralis vitæ honeſtas & ſanctitas fulciatur. Lege etiã D. Ambroſium in lib. de Parad. c. 3. D. Auguſtinum lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 21. D. Gregorium lib. 2. Moral. cap. 36. & Philonem lib. 1. Alleg. vbi quattuor Paradiſi fluminibus totam terram interſecantibus comparant has quattuor virtutes, quæ vberrimis fluentis honeſtarum actionum vitam noſtram irrigant.

Quattuor virtutes cardinales.

Remotio obiect.

Iis quæ diximus non obſtat, quod D. Auguſtinus in li. de Moribus Eccleſ. cap. 15. affirmat, quattuor virtutes morales nihil eſſe aliud, niſi amorem rectè compoſitum: nec quod lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 22. docet, veram virtutem eſſe ordinem amoris: quibus verbis omnes virtutes in appetitu, ad quem amor pertinet, videtur conſtituere. Nec enim aliud indicat, quàm virtutem præſtare, vt rectè amemus: ſiquidem quiſquis virtutum præſidio ſeptus eſt, & ex earum regula agit, nihil præpoſterè aut inordinatè expetit.

A

ARTICVLVS II.

De virtutis diſtributione in acquiſitas & infuſas.

SOlet etiam virtus latè accepta in Acquiſitam & Infuſam diuidi. Virtus acquiſita, eſt *quæ noſtris actibus comparatur*. Infuſa, *quæ non acquiritur noſtris actibus, ſed à Deo infunditur*. B Sciendum verò eſt, ex D. Thoma in 1. 2. quæſt. 52. art. 4. dupliciter habitus dici infuſos: per ſe, vel per accidẽs. Etenim qui noſtris actibus acquiri poſſunt, & tamẽ diuinitus tribuuntur, per accidens infuſi vocantur; cuiuſmodi fuit ſcientia, Adamo & Salomoni munere cęleſti cõceſſa: qui verò non aliter, quàm diuina infuſione adipiſci queunt, infuſi per ſe dicuntur; vt gratia.

C Verſatur autem in diſceptatione, vtrum aliquæ ſint virtutes morales per ſe infuſæ. Negat Durandus in 3. diſtinct. 33. quæſt. 6. Argentinas eadem diſt. quæſt. 1. art. 1. Ochamus in 4. quæſt. 3. art. 3. in eandemque partem magis inclinat Scotus in 3. diſt. 36. quæſt. 1. artic. 3. Oppoſitum tamen aſſerendum eſt cum D. Thoma in 1. 2. quæſt 63. art 3. Caietano ibid. Capreolo in 3. diſt. 33. quæſt. 1. aliiſ- D que compluribus. Cuius ſententiæ veritas paucis concludi poteſt hunc in modum: Virtutes morales acquiſitæ verſantur circa medium, per comparationem ad rectam rationem regulamque humanam, & in ordine ad vltimum finem naturalem. Atqui in ordine ad ſupernaturalem finem & ſecundùm diuinam regulam, ſępè medium aliter ſtatui oportet (multa enim fiunt reſpectu beatitudinis ſu- E pernaturalis: quæ non ita fierent, ſi naturalis duntaxat beatitudinis ratio haberetur.) Igitur neceſſariò prę- ter virtutes morales acquiſitas, quæ cum naturali fine regulaq; humana proportionem habent, dandæ erunt aliæ virtutes infuſæ ab iis ſpecie diſtinctæ, quæ ſupernaturali beatitudini & diuinę regulę aptè congruenterque reſpondeant.

Dari virtutes morales per ſe infuſas.

Nec

Dilutio argumẽti ad uerſariorum.

Nec ſatisfaciunt aduerſarij, dum inquiunt, ad hoc præſtandum ſat eſſe charitatem infuſam, à qua virtutum actus imperentur; & lumen fidei, quod oſtendat quonam pacto ij elici debeant, vt ad ſupernaturalem finem accõmodati ſint. Etenim virtutes Theologicæ, cùm habeant Deum pro obiecto, ordinant hominem ad beatitudinem: reſpectu Dei A immediatè; non autem reſpectu aliorum obiectorum, quæ ad eãdem beatitudinem referri oportet. Quare ponendæ erunt aliæ virtutes eiuſdem ordinis cum charitate & fide, proindeque infuſę: quibus homo tanquam idoneis & perfectis inſtrumentis vtatur, & pro dignitate priuatim atque ex officio in ſupernaturalem beatitudinem ordinetur.

DISPVTATIO OCTAVA

DE PRVDENTIA.

QVÆSTIO I.

Vtrum Prudentia rectè ab Ariſtotele definita ſit?

ARTICVLVS I.

Approbatur, particulatimque exponitur definitio Prudentiæ.

NVnc de ſingulis virtutibus moralibus diſſerendum erit: ac primùm de Prudentia, quæ inter eas principem locum obtinet: tum quia reſidet in intellectu, qui appetitu nobilior eſt; tum quia cæteras regit. Vnde D. Gregorius lib. 2. in Ezech. homil. 22. docet, alias virtutes, niſi quæ agunt prudenter agant, virtutes eſſe nequaquã poſſe: & Plato virtutes omnes ad prudẽtiam reuocabat, illaſque ſine huius præſidio quaſi Dædali ſtatuas ſolutas, fugaces, & inſtabiles eſſe aiebat. Diſputat autem de prudentia Ariſtoteles 6. Eth. cap. 5. D. Auguſtinus cap. 4. Plutarchus in lib. de Fortuna. Cicero lib. 5. de Fin. D. Thomas in 2. 2. à quæſt. 47. (Stobæus ſer. 3. & 4.)

Igitur prudentiam communi Philoſophorum aſſenſu hunc in modum B definiji Ariſtoteles lib. 6. Ethic. ca. 5. *Prudentia eſt habitus agendi vera cum ratione circa ea, quæ homini bona aut mala ſunt.* Dicitur habitus vera agẽdi, id eſt, verus: vt reijciantur non ſolùm habitus perpetuò falſi, cuiuſmodi eſt error ſed etiam ij, qui interdum in falſitatem incurrunt, vt opinio & ſuſpicio. Dicitur agendi, id eſt, ad actionem dirigens: vt excludantur non modò habitus contemplatiui, v. g. ſcientia & ſapientia, qui ſola inſpectione veritatis contenti ſunt, nec ad actionem praxinve diriguntur; ſed etiam ars, quę licèt habi- C tus verus ſit, non eſt tamen habitus agendi, id eſt, ex eorum numero, qui in interna actione verſantur (ſic enim actio eo loco ſumi debet) ſed faciendi; hoc eſt, qui in effectionem ſiue externum opus incumbunt. Additur, circa ea quæ homini bona vel mala ſunt: vt remoueantur nonnulli habitus, qui licèt veri ſint, & immanentes actiones præcipuè ſpectent; non tamen humanarum actionum probitatem curant, vt Dialectica: id enim prudentiæ munus eſt, vtpote quæ rectè viuendi rationem tradit, & quid fugiendum amplectendumve ſit præſcribit.

Alias prudentiæ definitiones tradit D. Aug. 1. lib. de Lib. arbi. c. 13. & li. 83. quæ. q. 31. D. Hier. ad 1. c. epiſt. ad Epheſ.

A ſu-

Digitized by Google

A ſuperiori definitione nihil re ipſa differt ea, quam proxima quæſtione attulimus ex D. Thomæ in 2. 2.q. 47. art. 5. videlicet, *prudentia eſt recta ratio agibilium:* ſeu *habitus verus, agibilia, id eſt, immanentes vitæ humanæ actiones, dirigens.* Quoniam verò de ijs quæ agenda ſunt rectè iudicare nemo poteſt, niſi circa ea probè affectus ſit, vt alibi hoc opere monuimus: conſtat, prudentiæ dictamina requirere probam voluntatis affectionem. Ideoque cum prudentia dicitur recta ratio, non intellectus ſolum, ſed voluntatis etiam rectitudo ſignificatur. Quam tamen rectitudinem voluntatis non exigit moralis philoſophia. Vnde eſt, quòd habentē non ſimpliciter bonum facit, proindeque nec perfectam virtutis rationem obtinet, vt prudentia.

Moralis Philoſophia cur nō ſit perfecta virtus.

ARTICVLVS II.

Qua ratione intelligendum ſit, prudentiæ non ſubeſſe falſum.

IVre tamen quæſierit aliquis, quònam modo Prudentia dicatur ab Ariſtotele habitus agendi vera cum ratione; ſi verſatur circa contingentia, quæ, vt ſuapte natura in vtramque partem cadunt, ita iudicium intellectus fallere poſſunt. Pro explicatione huiuſce difficultatis aduertendum eſt: quemadmodum intellectus diuiditur in ſpeculatiuū & practicum, vt ex Ariſtotele 3. de Anima cap. 10. text. 49. docuit S. Thomas 1. part. quæſt. 79. artic. 11. ita duplicem eſſe veritatem, alteram ſpeculatiuā, alteram practicam. Prior ſpectatur penes conformitatem cognitionis, ſiue intellectus cognoſcentis ad rem cognitam: de eaque intelligitur illud Ariſtotelis in lib. 1. Periherm. cap. 8. *quia res eſt aut non eſt, ideo enunciatio vera eſt aut falſa.* Poſterior autem, vt ad præſentem locum ſpectat, conſiſtit in adæquatione rationis ad appetitum rectum: vt conſtat ex ijs, quæ tradit etiam Ariſtoteles lib. 6. Eth. cap. 2. Quam appetitus rectitudinem virtutes in eo reſidentes præ-

Duplex veritas.

A ſtant. Ex hac duplici veritatis notione fit, vt nullus habitus ſpeculatiuus ſit abſolutè verus; niſi circa obiectū neceſſarium, & quod aliter ſe habere non poſſit, verſetur: cùm eius veritas à conditione obiecti dependeat. Practicus verò, quamuis tendat in obiectum contingens, poſſit nihilominus eſſe veritati conſentaneus, ſi recto appetitui adæquetur, quicquid ſit de conformitate ad obiectum ſecundùm ſe & ex ſua natura B ſpectatum.

Hinc non difficile iam erit perſpicere, cur prudentia circa verum perpetuò inſiſtat, neque vnquam erret. Nam cùm ſupponat voluntatis rectitudinem, oportet eius actum eſſe verum practicè, prout habet ordinem ad voluntatem rectam, cui conformatur; etſi in obiectum contingens tendat, atque adeò ſpeculatiuè C falſo deprehendi poſſit. v. g. quòd mediocritas, quem temperantia requirit, ſit in hac aut illa cibi quantitate, ex accidente eſt; cùm in maiori aut minori, pro ratione circumſtantiarum, ſeruari queat: ſi tamen hæc definita quantitas ſit recto appetitui conformis, vtique certum eſt indicium, quo intellectus eam quantitatem eſſe mediocrem, atque adeò eligendam præſcribit, etſi contin- D gat, ſpeculatiuè falſum eſſe, ob aliquem errorem citra culpam iudicantis.

Veritas circa quā verſatur prudentia.

QVAESTIO II.

Vtrum actus prudentiæ eiuſque partes rectè tra- E *dantur?*

ARTICVLVS I.

De actibus prudentiæ.

IN hac dubitatione ſciendum primò eſt; prudentiam non præſtituere finem virtutibus moralibus:

ſibus: id enim pertinet ad naturalem rationem & ſynderesin, quæ ſe habet ad prudentiam, vt intellectus principiorum ad ſcientiam. Itaque prudentiæ munus eſt per ſe de medijs tantùm, ſeu de ijs quę ad finem ſunt, diſponere; dirigendo nimirum alias virtutes morales circa media, ad earum fines obtinendos accommodata: vt docet Ariſtoteles lib. 6. Eth. cap. 13. & D. Thom. in 2. 2. q. 47. ar. 6. vbi lege Caietanum, Scotó pro D. Thoma reſpondentem.

Tres actiones prudẽtiæ.

Sunt autem tres actus ad prudentiam ſpectantes: vt docet Ariſtotel. 6. Ethic. cap. 9. & 10. Quorum primus eſt, conſultare & inquirere media: conſtituto enim fine, ad quem quis obtinendum animum applicat, mouet voluntas intellectum, vt inueſtiget media ad illum aſſequendum idonea. Secundus eſt, iudicare quænam è medijs inuentis ad finem adipiſcendum magis conducant. Tertius, præcipere ſiue imperare, vt ea quæ iudicata ſunt perficiantur: qui eſt actus rationis ſiue intellectus, dirigentis mouentiſque voluntatem ad executionem.

Quod vt planiùs intelligas, aduerte, facta mediorum inquiſitione ac iudicio, & conſentiente voluntate, efficaciterque eligente medium illud, quod ad finem conſequendum magis conducere viſum eſt, intellectum interna quadam locutione denunciare, atque intimare quid agendum ſit.

Imperium quid ſit.

Itaque imperium conſiſtit in hac denunciatione & intimatione, qua intellectus voluntatem eius, cui imperat, ad agendum permouet. Vbi cernis, ad imperium prærequiri voluntatis conſenſum & efficacem electionem: rurſuſque ab intellectu excitari voluntatem, vt huiuſce conſenſus & electionis: niſi enim voluntas medium eligeret, nequaquam intellectus ad agendum impelleret.

Eſt autem imperium actus ipſi prudentiæ peculiariter conueniens, vt progreſſu patebit, in quo ratio legis conſiſtit: quicquid in contrariam partem nonnulli aſſeruerint, exiſtimantes legem non ad intellectum, ſed ad voluntatem pertinere. Quorum opinio ex eo breuiter confutatur: quia quantumlibet princeps aliquid à ſubditis fieri velit, etiamſi de eius voluntate conſtet, non habet ea voluntas vim legis, nec ad eã implendam ciues aſtringuntur; niſi deinde accedat præceptio illa, quæ per intellectum fit. Item, quia lex eſt formaliter directio & regula: dirigere verò pertinet ad intellectum, vt conſtat ex doctrina Ariſt. 10. Ethi. cap. 9.

Quòd ſi quis obijciat, legem diuinam naturalem eſſe verè legem, & tamen antecedere omnem actum voluntatis diuinæ; quemadmodum & ſcientia naturalis Dei, conſideratione noſtra, eſt prior omni actu diuinæ voluntatis: quare aut legem non conſiſtere in imperio, aut imperium non ſupponere actum voluntatis. Occurrendum erit, cùm in illo imperio legem conſtituimus, non loqui nos de lege naturali, quã talis eſt; ſed de lege poſitiua. Reenim vera quamuis Deus non præciperet ne quis mentiretur, quiſq; noſtrum teneretur mendacium fugere, quia id ſuapte natura & intrinſeca ratione malum eſt: non teneretur tamen lethalia peccata confeſſione expiare, niſi id Deus præciperet. Itaque ſi legis nomen accipiatur, prout tantùm ſignificat regulam ſeu menſuram actionis alicuius, ad quam operans tenetur ſeſe conformare, tunc etiam dictamina iuris naturalis, etſi nullum actum voluntatis aut intimationem ſupponant, leges dicentur: non tamen ſi lex ſumatur minùs latè; ſic enim conſiſtit in illo imperio, quod diximus. Verùm vtrolibet modo lex ſumatur, ſemper eſt actus prudentiæ, atque inter cæteros præcipua dignitate eminens.

prudenter ſe gerit Principi obtemperando, communis boni gratia. Sed, vt ſubditis erga Principem, ita & in alijs erga eos à quibus reguntur, ſua etiam prudentia neceſſaria eſt.

Partes autem potentiales prudentiæ ſunt Eubulia, Syneſis, & Gnome. Nam quemadmodum tres ſunt actus prudentiæ, vt ſuperiùs diximus, videlicet inquiſitio mediorũ, iudicium de medijs inuentis, præceptio ſiue imperium vt ea quæ iudicata ſunt efficiantur, in quorum vltimo prudentię vis maximè elucet: ita ad hæc tria facilè exactéque præſtanda tres ſunt habitus: nimirum ad media accomodata facilè inuenienda, *Eubulia*: ad bene iudicandum de ijs, quę lege aliqua definita ſunt, *Syneſis*: ad ferendum verò iudicium de ijs, quæ non ſunt lege aliqua determinata, & tamen in praxim veniunt, in quibus maior occurrit difficultas, *Gnome*.

DISPVTATIO NONA.

DE CETERIS VIRTVTIBVS MORALIBVS.

QVAESTIO I.

De iuſtitia.

ARTICVLVS I.

Quid ſit iuſtitia.

INter Virtutes ſimpliciter morales principem locum obtinet Iuſtitia, tum ratione ſubiecti, tum ratione obiecti. Ratione ſubiecti, quia cùm reliquæ morales virtutes appetitui ſenſitiuo inhæreant, vt eius perturbationes moderentur & cohibeant; ipſa in appetitu rationali, hoc eſt, in voluntate inſidet: vt tradit Ariſtoteles 5. Eth. cap. 1. Ratione obiecti, quia aliæ virtutes morales verſantur per ſe duntaxat & ex proprio inſtituto circa bonum eius in quo ſunt: at ſecundùm iuſtitiam habet ſe quiſque bene etiam erga alios, æqualitatem eis preſtans; vnde & iuſtitia bonum alterius dicitur ab Ariſtotele loco citato: virtutes autem, quæ alijs honeſtiſſimæ ſunt, præſtantiſſimæ habentur, vt idem aſſerit in 1. lib. Rhet. cap 9.

Definitur verò iuſtitia hunc in modum: *Iuſtitia eſt virtus, quæ ſuum cuique ius tribuit.* Porrò Ius, docente Ariſtotele 5. lib. Ethic. cap. 2. nihil eſt aliud, quàm iuſtum & rectum: quod quidem in duo membra diuiditur; nempe in naturale, & poſitiuum ſeu legitimum. *Ius naturale*, vt definit Ariſtoteles 5. Eth. cap. 7. *eſt, quod vbique eandem vim obtinet*: & non quia videtur vel non videtur, ſeu quod vbique natura ſua neceſſarium eſt; & non quia alicuius arbitrio iudiciove ſtatuitur: quale eſt vt innocens non occidatur. *Ius poſitiuum ſeu legitimum eſt, quod quà tale, non ex ipſa natura, ſed ex aliqua inſtitutione pendet*: vt quòd frumentum tanto precio vendatur. De alia iuris diſtributione, in ius ciuile & gentium, & herile, familiare, paternum, & dominatiuum, aliaque eiuſmodi, conſule Ariſtotel. lib. 5. Ethic. cap. 6. & 7. D. Thom. in 2. 2. quæſt. 57. Dicitur ergò iuſtitia (Ius quotuplex.)

Ethic. E ſuum

Digitized by Google

ſuum cuique ius reddere, quia iuſtitiæ munus eſt. ius & æquum ſeruare. Vlpianus ff. de Iuſtitia & iure, vberioribus verbis iuſtitiæ naturam explicans: *Iuſtitia*, inquit, *eſt conſtans & perpetua voluntas. ius ſuum vnicuique tribuendi*. In qua definitione tres conditiones omni virtuti communes poſitæ ab Ariſtotele lib. 2. Eth. cap. 4. traduntur: nimirum vt ſciens quis agat, vt ex electione, vt perpetuò ſeu conſtanter in actione ſtudioſa verſetur. Cùm ergo Iuriſconſultus ait, *Iuſtitia eſt voluntas, &c.* hoc eſt, habitus, quo quis perpetua & conſtanti voluntate ius ſuum cuique tribuit: indicat in primis, iuſtitiam inhærere in voluntate: deinde eius actũ ſcienter adminiſtrari, quia quod quis ignorans facit, voluntarium non eſt: item firmo ſtabilique animo exerceri: & denique ex electione propter honeſtum finem, cùm honeſtum ſit vnicuique ſuum tribuere.

Tres virtutum conditiones.

ARTICVLVS II.

De partibus integrantibus, & ſubiectis iuſtitiæ.

PRius de hiſce Iuſtitiæ partibus, quàm eius actibus agemus: proptereà quòd hi abſque illorum perceptione commodè explicari nequeant. Partes integrantes iuſtitiæ, ſi generatim loquamur, duæ ſunt: vt tradit D. Thomas in 2. 2. q. 79. art. 1. nempe facere bonum, & declinare a malo. Vbi tamen bonum & malum non in ea amplitudine ſumi debent, quæ omnibus competũt virtutibus: (nam virtutes vniuerſæ id commune habent, vt bonum rectumque amplectantur, & malum effugiant) ſed, eo pacto ſunt accipienda, vt bonum idem ſit atque alteri debitum; malũ verò idem quod alteri noxium aut incommodum eſt. Itaque facere bonum, vt eſt pars iuſtitiæ, eſt æqualitatem ſeruare in iis, quæ ad alterum ſpectant: declinare autem à malo, eſt æqualitatem non corrumpere.

Partes integrantes.

Quod ad partes iuſtitiæ ſubiectas

Partes ſubiectæ.

A attinet, diſtribuitur primùm iuſtitia in generalem & particularem: ex doctrina Iuriſconſultorum, & Ariſt. lib. 5. Eth. cap. 1. & lib. 3. Polit. capit. 5. & D. Chryſoſtomi homil. 15. in Matth. *Iuſtitia generalis*, quæ etiam legalis dicitur, *eſt, qua quis iuſtè ſe habet circa bonum commune Principis, vel Reipub.* Quod Ariſtoteles cit. loco vocat iuſtum legitimum & legale, vtpote quod leges præcipuè intendũt; B cùm boni communis gratia ſanciantur. *Iuſtitia particularis eſt, qua quis iuſtè ſe habet circa bonum particulare alterius.*

Rurſum diuiditur iuſtitia in diſtributiuam & commutatiuam. Diſtributiua eſt, *quæ in rectè diſtribuendo verſatur.* Hæc autẽ in duo membra ſecatur, in remuneratiuam, & punitiuam. *Remuneratiua eſt, quæ iubet honores, magiſtratus, munera, & beneficia, a-* C *liaque id genus, pro cuiuſque dignitate & meritis, ſecundùm Geometricam proportionem diſpenſare.* Punitiua *eſt, quæ ſimiliter nocentes, vt par eſt, ſupplicijs affici iubet.*

Cõmutatiua iuſtitia eſt, *qua quiſque rectè ſe habet in commutationibus, ſuum cuique reddendo ſecundùm Arithmeticam proportionem.* Ad hanc pertinent cõtractus, emptiones, vadimonia, locationes, reſtitutiones, aliaque D eiuſmodi.

De hiſce proportionibꝰ ſupra diſputat. 7. q. 2. ar. 2.

ARTICVLVS III.

De actibus iuſtitiæ commutatiuæ.

OMiſſis actibus diſtributiuæ iuſtitiæ, propterea quòd nulla ferè in eis dignoſcendis ſit difficultas. Commutatiuæ duodecim potiſſimùm actus numerantur. Primus E eſt *emptio*. Secundus *venditio*. Tertius *vſusfructus*: quo quidem dicitur quis habere ius vtendi ac fruendi rebus alicuius, ſalua earum ſubſtantia; vt habetur ff. de vſufr. & Inſtit. eod. tit. vt qui habet vſumfructum agri vel horti, poteſt non ſolùm fructus edere, ſed etiam vendere, & agrum vel hortum alteri locare. Quartus eſt *nudus vſus*, quo quis habet ius

vtendi

vtendi rebus alienis ſalua earũ ſubſtantia, non tamen fruendi. Itaque, vt habetur Inſtit. de Vſu & habit. minus iuris eſt in vſu, quàm in vſufructu. Namq; ille vti dicitur, cui tãtùm illis veſci licet, vel ſua alere armenta; non tamen illa aliter diſtrahere poteſt, vt vẽdere fructus, aut agrum locare. Quintus eſt *locatio* (paſſiuam intellige) quæ eſt acceptio rerum mobilium: quas non ſolùm reddere tenetur is, cui locatio fit; ſed etiam pro vſu earum ſatisfacere. Sextus eſt *conductio*, quæ eſt acceptio rerum immobilium ſub certo pretio: quas etiam reſtituere tenetur is, qui eas precio vtendas accepit. Septimus *depoſitum*, ſeu potiùs *actio deponendi*, qua res alicui traditur, non ad vſum, ſed ad conſeruationem. Octauus eſt *pignoris acceptio*, cùm res traditur non ad vſum, ſed cum obligatione reſtituẽdi, ſoluto eo, cuius gratia pignus accipitur. Nonus eſt *fideiuſſio*, cùm fit promiſſio ſoluendi reddendique aliquid pro alio, ſi modò ille non ſoluat. Decimus eſt *promiſſio ſimplex*, quam videlicet non antecedit petitio promiſſionis. Vndecimus eſt *ſtipulatio*, quæ eſt promiſſio alicuius præcedente promiſſionis petitione. Duodecimus eſt *tranſactio*, quæ eſt concordia circa rem litigioſam, ſeu in qua lis præceſſit. Denique pacta omnia & conuentiones pertinent ad iuſtitiam commutatiuam, omneſque contractus innominati: quales ſunt, Do vt des, Facio vt facias, Do vt facias, Facio vt des.

ARTICVLVS IV.

De partibus potentialibus iuſtitiæ.

IAm verò potentiales partes Iuſtitiæ hæ potiſſimùm numerantur: religio, pietas, obſeruantia, obedientia, veritas, gratitudo, liberalitas, affabilitas, amicitia.

Religio eſt *virtus, qua quis rectè afficitur ad Deum colendum ac venerandum*. Eius duo ſunt actus interni; Deuotio, & Oratio: externi ſex; Adoratio, Sacrificium, Votum, Iura-A mentum, Adiuratio, Laus. Deuotio, *eſt actus voluntatis parata ad præſtanda ea, quæ ad Dei cultu & gloriam ſpectant.* Oratio, *eſt petitio decentium à Deo*. Adoratio, *eſt qua non ſolùm mente, ſed externa etiam corporis ſignificatione Deo reuerentiam exhibemus*. Sacrificium latè ſumptum, quod varias ſpecies continet, *eſt oblatio, qua Deo aliquid exteriùs offertur, ad eum placandum; ſiue vt eius nos imperio ſub-* B *ditos eſſe profiteamur*. Votum, *eſt deliberata promiſſio de aliquo bono facta Deo.* Iuramentum, *eſt quo Deum vt teſtem aſſumimus in alicuius rei confirmationem*. Adiuratio, *eſt inuocatio diuini nominis, qua quempiam deprecando aut compellando ad aliquid faciendum non faciendumve inducimus*. Laus, *eſt aſſumptio diuini nominis in vocali cantu*.

Pietas, *eſt per quam ſanguine con-* C *iunctis, patriæq; beneuoli officia & cultum exhibemus.* Obſeruantia, *eſt, qua dignitate præſtantibus honorem cultumque deferimus.* Obedientia, *eſt qua voluntas prompta & facilis redditur ad ſuperioris præcepta implenda.* Veritas, *eſt qua quis verbis & factis talem ſe demonſtrat, qualis in ſe eſt.* Gratitudo, *eſt qua iis, qui de nobis benemeriti ſunt, gratiam nõ ſolùm habemus & agimus, ſed etiam cum poſſumus referimus.* Li- D beralitas, *eſt, qua quis diſpenſat pecunias in vſus bonos, ſibi ſuiſque & aliis.* Intellige autem nomine pecuniarũ omnia, quæ ſimili æſtimantur, vt declarat Ariſt. lib. 4. Eth. cap. 1. Affabilitas, *eſt qua quis in comuni hominum conſuetudine & congreſſu mediocriter, & vti decet, ſe habet, ſtudetque quatenus poteſt omnibus benignè obſequi.* Amicitia, *eſt qua aliqui mutuam apertamque beneuolentiam habent, & ſe viciſſim bo-* E *nis affici volunt, ob aliquod bonum, & non ob ſolam iucunditatem.* Definitionem hanc pertractat Ariſt. lib. 8. Eth. cap. 2. Vnde licet colligere diſcrimen inter affabilitatem & amicitiam. Namq; affabilitas eſt tam erga notos, quàm ignotos: amicitia erga notos duntaxat. Item affabilitas in ſermone & vitæ conſuetudine verſatur: amicitia potiſſimùm in affectu. Ait

Digitized by Google

verò Ariſtoteles, amicitiam non eſſe propter ſolam iucunditatem vtilitatemve, ſed propter bonum virtutis: quia amicitia, quæ alia commoda & emolumenta conſectatur, vera ſolidaque amicitia non eſt.

QVÆSTIO II.

De Fortitudine.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Fortitudo: qui eius actus.

DE fortitudine diſputat Plato lib. 21. qui inſcribitur Laches. Ariſt. lib. 3. Eth. à capit. 6. D. Ambroſius lib. 1. de Offic. à c. 35. D. Auguſt. lib. de beata vita. Philo Iudæus lib. 1. Allegor. D. Thom. 2. 2. q. 123. Aduerte in primis, fortitudinem dupliciter ſumi. Vno modo, vt importat quandam animi firmitatem & conſtantiam ad honeſtas actiones obeundas: qua ratione eſt communis conditio cuiuslibet virtutis: quia, vt docet Ariſtoteles 2 Eth. ca. 4. virtutis eſt, firmiter immobiliterque agere. Secundum hanc vſurpationem agit D. Gregor. de Fortitud. lib. 7. Moral. cap. 9. Alio modo accipitur Fortitudo, prout deſignat firmitatem animi in ſuſcipiendis periculis laboribuſque perferendis. Quo modo eſt ſpecialis virtus, vendicans pro obiecto timorem & audaciam, quæ in prædictis rebus exiſtunt. Proindeque definitur ab Ariſt. lib. 2. Eth. cap. 7 & lib. 3. cap. 6. *mediocritas circa metum & audaciam* hoc eſt, virtus, quæ in metu & audacia moderandis poſita eſt. Vnde intelliges, fortitudinem reſidere in appetitu iraſcenti: quandoquidem metus & audacia ad iſtiuſmodi appetitum pertinent.

Fortitudo quid.

Duo actus fortitudinis.

Sunt autem duo actus fortitudinis, ſuſtinere & aggredi. Nam cùm fortitudo circa audaciam & timo-A rem verſetur: timorem reprimit, difficultatem ſuſtinendo; audaciam verò aggrediendo moderatur. Ex his autem duobus præſtantior eſt ſuſtinentia, quam aggreſſio: vt docet Ariſtoteles lib. 3. Eth. cap. 9. Etenim magis arduum eſt timorem reprimere (quod fit ſuſtinendo) quàm audaciam refrenare, quod aggrediendo fit. Nam ipſum periculum, quod eſt obiectum audaciæ & timoris, cùm B ex ſe conferat aliquid ad reprimendam audaciam; nihil tamen iuuat ad cohibendum, ſed ad augendum potiùs timorem.

Inter particulares verò actus fortitudinis principem locum obtinet martyrium: Nam fortitudinis eſt, firmare animum in bono contra timorem: martyr autem firmatur in bono fidei ac religionis, contra timorem rei omnium acerbiſſimæ maximeC que formidoloſæ, videlicet mortis. Quòd ſi quis obijciat, martyrium videri potiùs actum charitatis, quàm fortitudinis: iuxta illud Ioannis 5. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Tum etiā quia eſt actus omnium virtutum perfectiſſimus; cæteris autem virtutibus excellentior eſt charitas. Occurrendum, martyrium eſſe actum fortitudinis, tanquam eius D à qua immediatè & vt à ſuo proprio motiuo ſeu habitu elicitur; charitatis autem tanquam illius, à qua vt à motiuo principali, ac per modum virtutis imperantis progreditur. Ac ſecundùm hanc poſteriorem conſiderationem attribui charitati, eſſeq. præſtātiſſimum actum omnium virtutum, & in quo perfectio charitatis maximè eniteſcit: propterea quòd tunc quiſque maiorem ſui aE moris ſignificationem det, cùm eius quem amat cauſa rem ſibi chariorem contemnit; qualis eſt vita, quam homines inter omnia alia præſentis vitæ bona plus amant. Lege D. Cyprianum in Epiſtol. ad martyres & confeſſores, D. Auguſt. in lib. de ſancta virginitate.

Obiectio.

Solut.

AR-

ARTICVLVS II.

De partibus fortitudinis.

HAbet fortitudo partes integrã-
tes potiſſimùm quattuor: fidu-
ciam ſeu magnanimitatem, magnifi-
centiam, patientiam (ad quam ſpe-
ctat longanimitas) & perſeuerãtiam
(ad quam pertinet conſtantia.) Ha-
rum numerus ita colligitur. Actus
fortitudinis, vt ſuprà diximus, duo
ſunt, aggredi & ſuſtinere. Ad aggre-
diendum verò duo ſunt neceſſaria:
vnum ad animi præparationem: ob
quam ponitur *fiducia* ſeu *magnani-
mitas*, qua quis parato promptoque
animo eſt, ad res arduas & difficiles
aggrediẽdas. Vnde fiducia ſiue fiden-
tia, vt Cicero li. 2. de Inuent. definit,
*eſt, per quam magnis & honeſtis in re-
bus multum ipſe animus in ſe fiducia
certa cum ſpe collocauit*. Exigitur quo-
que alterum in aggrediendo, idque
ad operis adminiſtrationem: nimirũ
vt animus in re, quam ſemel eſt ag-
greſſus, non ſuccumbat. Ob idq. ad-
ditur *Magnificentia*: quæ, vt idem au-
tor explicat, *eſt rerum magnarum &
excelſarum, cum animi ampla quadam
& ſplendida propoſitione, agitatio et ad-
miniſtratio*. Porrò ſi hæ duæ virtutes
ad materiam fortitudini peculiarem,
vt ad mortis pericula, referantur, e-
runt partes integrãtes Fortitudinis:
quia ſic ipſam Fortitudinem quaſi
integrant & componunt. Quòd ſi a-
lias ſpectent materias, in quibus mi-
nor eſt difficultas, vt magnos ſum-
ptus & honores; erunt tunc partes
Fortitudinis potentiales: propterea
quòd nõ in ſe includunt totam For-
titudinis vim & poteſtatem; & ta-
men ad perfectum illius habitum e-
xiguntur: ſicque magnanimitatem
circa magnos honores verſari affir-
mat Ariſtoteles lib. 4. Ethic. c. 3. ma-
gnifi. etiam verò circa magnos ſum-
ptus, eod. lib. c. 2.

Iam verò ad alterum fortitudinis
actum, videlicet ad ſuſtinendum, duo
ſimiliter requiruntur. Alterum eſt,
ne animus propter impedientium
A malorum difficultatem triſtitia fran-
gatur: & ob id conſtituitur *Patientia*:
quæ, vt Cicero loco antè citato defi-
nijt, *eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa
rerum arduarum ac difficilium volun-
taria & diuturna perpeſſio*. Huic autem
iungitur *Longanimitas: qua quis res
magnas, quæ procul ſunt, ſperat*. Vnde
fit, vt Longanimitas cum Magnani-
mitate, ſecundùm quam quis res ma-
gnas, quibus dignus ſit, deberi ſibi
B (citra omnem tamen iactantiam) iu-
dicat, magnam habeat cognationem.
Conuenit tamen cum patientia, quia
diuturna rei magnæ exſpectatio tri-
ſtitiam parere conſueuit: ad quam æ-
quo animo ferendam patientia indi-
gemus. Alterum; quod ad prædictum
actum requiritur, eſt, ne ex diuturna
rerum difficilium perpeſſione ab in-
cepto animus deſiſtat: ideoque *perſe-
uerantia* additur, quæ definitur *in ra-
C tione bene conſiderata ſtabilis & perpe-
tua permanſio*. Perſeuerantiæ denique
iungitur *conſtantia*: quæ inter ſe par-
tim conueniunt, partim differunt.
Conueniunt, quatenus beneficio
vtriuſque in bono aliquo perma-
nemus: differunt, quia perſeue-
rantia reſiſtit difficultati, quæ ex
diuturnitate temporis oritur; con-
ſtantia verò difficultati, quæ ex ali-
quouis externo impedimento profi-
D ciſcitur. Hæ quoque duæ virtutes ſi
ad ſpecialem fortitudinis materiam
referantur, erunt partes quaſi inte-
grantes fortitudinis: ſi ad res alias
difficiles, in quibus tamen minus eſt
negotij, erunt partes potẽtiales eiuſ-
dẽ, videlicet à fortitudine diſtinctæ;
& tamen ei coniunctæ, ſicuti ſecun-
darię principali: vt explicat D. Th. in
2. 2. q. 128. art. 1.

Partes autem fortitudini ſubiectæ
E nullæ traduntur, quia verſatur circa
materiam valde ſpecialem, quæ
plures virtutes ſpecie di-
ſtinctas conſtituere
nequit: vt eo-
dem lo-
co S. Thomas
docet.

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De Temperantia.

ARTICVLVS I.

Quid ſit temperantia, & quæ eius partes integrantes.

DE temperantia diſſeruit Plato in Charmide, Ariſtoteles lib. 3. Eth à cap. 10. & lib 1. mag. Moral. cap. 22. D. Ambroſius lib. 1. Offic. à c. 43. Clemens Alexandr. lib. 2. Strom. D. Iſidor. lib. Etym. Seneca lib de quatuor virtut. D. Thomas in 2.2. quæſt. 141. Porrò quemadmodum fortitudo circa timorem & audaciã, præcipuè verò circa mortis pericula verſatur: ita & temperantia in voluptatibus ſenſuum & doloribus moderandis poſita eſt; ſed præcipuè in temperandis tactus & guſtus delectationibus, quæ maiores ſunt. Itaque temperantia ex doctrina Ariſtotelis lib. 3. Ethic. capit. 10. ſic definitur: *Temperantia eſt mediocritas circa tactus guſtuſque voluptates, & circa dolores.*

Temperãtiæ obiectum.

Sunt autem partes temperantiæ quaſi integrantes duæ: verecundia & honeſtas. Verecundia, de qua Ariſtot. lib. 4. Ethic. capit 9. licèt propriè virtus non ſit, quia paſſioni magis quàm habitui ſimilis eſt; virtus tamẽ appellatur ea ſignificatione, qua quidquid in humanis actibus, vel affectibus laudabile eſt, virtutum dicimus: quæ hunc in modum definitur ab Ariſtotele loco citato: *Verecundia eſt metus quidam dedecoris & infamiæ:* quo nimirum ad id, quod turpe & temperantiæ contrarium eſt, fugiendum inducimur. *Honeſtas verò eſt excellentia quadam honore digna ob ſpiritualem pulchritudinem, qua quis id, quod turpe & indecorum eſt, repellit.*

A

ARTICVLVS II.

De partibus ſubiectis & potentialibus temperantiæ.

PArtes temperãtiæ ſubiectæ quattuor numerantur: abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia. Quarum duæ priores in ijs voluptatibus, quæ cibo & potu capiuntur, B mediocritatem conſtituunt: poſteriores verò duæ in ijs, quæ ad generationem pertinent. De quibus D. Thomas in 2.2. quæſt. 141. & ſeq. Igitur Abſtinentia *eſt virtus, quæ in ciborum delectatione mediocritatem conſtituit.* Sobrietas *eſt virtus, quæ delectationes potus moderatur.* Caſtitas *eſt virtus, quæ Veneris concupiſcentiam rationis moderamine cohibet.* Ea verò triplex eſt: virginalis, vidualis, & matrimonia- C lis. Pudicitia eſt *virtus cohibens voluptates eas, quæ reperiũtur in Venereorum ſignis:* qualia ſunt impudici aſpectus & oſcula.

Potentiales autem partes temperantię, decem potiſſimum ſunt: Continentia, manſuetudo, clementia, modeſtia, humilitas, ſtudioſitas, moderatio, eutrapelia, ornatus, ſimplicitas. Continentia, de qua Ariſtot. lib. 7. Ethic. *eſt per quam prauis ac ve-* D *hementibus cupiditatib. ad tactum ſpectantibus aliquis reſiſtit.* Sic autem ſumpta continentia non eſt perfecta virtus, vt alibi monuimus. Manſuetudo, de qua Ariſtoteles lib. 4. Ethic. cap. 5. *eſt virtus, quæ iram moderatur.* Clementia *eſt virtus, quæ externis punitionibus modum adhibet.* Cum hac fungitur Miſericordia, *quæ eſt virtus, qua alienæ miſeriæ, quantum poſſumus, ſubuenimus.* Itaque diſſident cle- E mentia & miſericordia: quòd ad illam ſpectet, pœnarum ſubſtractione; ad hanc, beneficiorum collatione alicuius miſeriæ ſubuenire. Modeſtia *eſt virtus, quæ circa mediocres honores moderandos verſatur.* Humilitas *eſt virtus, quę hominis cupiditatem cohibet, ne in res magnas & excelſas immoderatè tendat, ſed potiùs ad infimas ſe deijciat.* Studioſitas *eſt virtus, quę ſcien-*

Digitized by Google

ſciendi cupiditatem temperat. Moderatio, quæ modeſtia etiam dicitur, *eſt virtus, qua corporis motum geſtumq́; componit*. Eutrapelia *eſt virtus, qua quis in ludis & iocis moderatè atque vt decet ſeſe habet*. Ornatus *eſt virtus, quę corporis habitum veſtitumque moderatur*. Huic adiungitur Simplicitas, *quę nimię in hiſce rebus inquirendis & concinnandis ſollicitudini modum ponit*. Ex quibus etiam iam patet, qui ſint actus Temperantiæ. A

Hæc curſim breuiterque hoc loco dicta ſint, quæ ſi enucleatè, & prout rerum dignitas poſtulat, explicanda forent, haud dubiè multò longiores eſſemus, quàm neceſſaria, & ob eas cauſas quas alibi expoſuimus affectata breuitas patiatur.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX OMNIVM DISPVTATIONVM,

QVÆSTIONVM, ET ARTICVLORVM,

IN HOC VOLVMINE ETHICORVM AD NICOMACHVM Ariſtotelis Stagiritæ, Comprehenſorum, ſtudioſè congeſtus.

Proœmium. *pag.* 3.

De libris Moralibus Ariſtotelis, præſertim de Ethicis ad Nicomachum. 5

Diſputatio I. De Bono.

Quæſtio I. Vtrum bonum rectè definiatur, id quod omnia appetunt. 7

Artic. 1. Videri non recte definiri. ibid.

Artic. 2. Approbatur, enodaturque propoſita boni definitio. 8

Artic. 3. Quonam appetitu omnia bonum appetant. 9

Quæſt. II. Vtrum omnis appetitio feratur in bonum. 10

Artic. 1. Quibus argumentis pars negatiua oſtendi videatur. *ibid.*

Artic. 2. Concluditur pars affirmatiua, diluunturque aduerſariorum argumenta. 11

Quæſt. III. De diuiſione boni in commune. 11

Artic. 1. Variæ bonorum diuiſiones. ibid.

Artic. 2. Diſtributio Boni in Honeſtū, Vtile, & Iucundum. 12

Diſputatio II. De Fine.

Quæſtio I. Vtrum finis & bonum idem ſint. 13

Artic. 1. Quæſtionis in vtramque partem diſputatio. *ibid.*

Artic. 2. Solutio quæſtionis, & argumentorum explicatio. *ibid.*

Quæſt. II. Vtrum omni ac ſoli naturæ intellectuali conueniat, agere propter finem. 14

Artic. 1. Argumenta partis negatiuæ.

Artic. 2. Enodatio controuerſiæ.

Quæſt. III. Sitne aliquis vltimus finis humanarum actionum, an non. 15

Artic. 1. Diſſolutio quæſtionis. *ibid.*

Artic. 2. Obiecta, eorumque ſolutio. 16

Diſputatio III. De Felicitate.

Quæſtio I. Vtrum felicitas conſiſtat in bonis externis. 17

Artic. 1. Quæ argumenta oſtendere videantur, in iis conſiſtere. *ibid.*

Artic. 2. Negatiuam partem quæſtio-

nis verum eſſe. 18
Artic.3.Solutio argumentorum primi articuli. 19
Quæſt.II. Vtrum felicitas conſiſtat in bonis corporis. 19
Artic.1. Argumenta pro parte affirmatiua. ibid.
Artic.2. Aſtruitur pars negatiua. 19
Artic.3. Probatur quod felicitas non ſit in voluptate.
Artic.4. Reſpondetur argumentis in contrariam partem adductis. 21
Quæſt.III. Vtrum beatitudo conſiſtat in animi operatione. 21
Artic.1. Aſtruitur pars affirmatiua. ibid.
Artic.2. In quanam operatione felicitas poſita ſit. 22
Artic.3. Enodatur felicitatis definitio ab Ariſtotele tradita. 24
Quæſt.IV. Vtrum ad felicitatem externa bona requirantur. 25
Artic.1. Diuerſæ Philoſophorum opiniones. ibid.
Artic.2. Ariſtotelis ſententia, eiusque comprobatio. 25

Diſputatio IV. De tribus principijs humanorum actuum: Voluntate, Intellectu, & Appetitu.

Quæſtio I. Vtrum omnes actus humani à libera voluntate proficiſcantur. 26
Artic.1. Argumenta in partem negatiuam. ibid.
Artic.2. Explicatio controuerſiæ. 27
Quæſt.II. Vtrum voluntas intellectũ, an intellectus voluntatem moueat. 27
Artic.1. Propoſitæ difficultatis enodatio. ibid.
Artic.2. Obiecta, eorumque dilutio. 28
Quæſt.III. Vtrum voluntas moueat omnes alias potentias ad actus ſuos exercendos. 29
Artic.1. Conſtituitur pars affirmatiua. ibid.
Artic.2. Quo pacto voluntas moueat ſenſus internos. 30
Artic.3. Qua ratione voluntas appetitum ſenſitiuum moueat. 31
Artic.4. Quo pacto voluntas membra externa moueat. 31
Quæſt.IV. Vtrum appetitus moueat voluntatem. 32
Artic.1. Solutio quæſtionis. ibid.
Artic.2. Dubia quædam enodantur. 33

Diſputatio V. De bonitate & malitia humanarum actionum in genere.

Quæſtio I. Vtrum bonitas & malitia humanarum actionum petenda ſit ab obiecto, an non. 34
Artic.1. Explicatio controuerſiæ.
Artic.2. Dilutio obiectorum. 35
Quæſt. II. Vtrum bonitas & malitia humanarum actionũ pendeat etiam à circumſtantijs. 36
Artic.1. Quot ſint circumſtantiæ humanarum actionum. ibid.
Artic.2. Reſpõſio ad propoſitam quæſtionem, & aliquot obiectorum dilutio. 37

Diſputatio VI. De affectibus animi, qui Paſsiones vocantur.

Quæſtio I. An appetitus ſenſitiuus rectè diuidatur in concupiſcibilem & iraſcibilem. 38
Artic.1. Quæ argumenta oſtendere videantur, non rectè diuidi. ibid.
Artic.2. Explicatio controuerſiæ. 39

Ar-

Digitized by Google

Artic. 3. Solutio argumentorum primi articuli. 40
Quæſt. II. A utroque appetitus ſenſitiuus in corde ſedem habeat. 41
Artic. 1. Platonis & quorundam aliorum ſententia. ibid.
Artic. 2. Veræ opinionis explicatio. 41
Quæſt. III. Vtrum definitio paſſionis rectè ſe habeat. 42
Artic. 1. Paſſio à Philoſophis quomodo definiatur. ibid.
Artic. 2. Conſectaria quædam. 43
Quæſt. IV. Vtrum paſſiones cadant in animum ſapientis. 43
Artic. 1. Philoſophorũ dogmata. ibid.
Artic. 2. Veræ ſententiæ explicatio. 44
Quæſt. V. Vtrum animi paſſiones rectè à Philoſophis numerentur. 45
Artic. 1. Solutio quæſtionis. ibid.
Artic. 2. Diuiſio paſſionis in minutiores ſpecies. 46

Diſputatio VII. De Virtutibus in commune.

Quæſt. I. Vtrum definitio Virtutis rectè ſe habeat. 47
Artic. 1. Dubitationis explicatio. ibid.
Artic. 2. Virtutem ex ſua intrinſeca ratione eſſe habitum bonum. 48
Quæſt. II. Vtrum virtus moralis in mediocritate conſiſtat. 49
Artic. 1. De duplici medio virtutis, & in quonam medio virtus omnis collocata ſit. ibid.
Artic. 2. De medio Iuſtitiæ. 50
Quæſt. III. Vtrumne virtutes homini naturales ſint, an eas proprijs actibus acquirat. 51
Artic. 1. Virtutes in quodam ſenſu eſſe homini naturales, in alio non eſſe. 51
Artic. 2. Virtutes acquiſitas comparari noſtris actibus. 52
Quæſt. IV. Vtrũ virtutes morales ſint inter ſe connexæ. 53
Artic. 1. Argumenta partis negatiuæ. ibid.
Artic. 2. Concluditur pars affirmatiua quæſtionis. 54
Artic. 3. Diſſoluuntur primi articuli argumenta. 55
Quæſt. V. Vtrum in appetitu ſenſitiuo aliqua virtutes inſint. 56
Artic. 1. Sententia Scoti, & aliorum. ibid.
Artic. 2. Defenditur opinio D. Thomæ, eiuſq; ſectatorum. 56
Artic. 3. Diſſoluuntur argumenta, quæ priorem ſententiam confirmabant. 57
Quæſt. VI. Sitne apta virtutum diuiſio, an non. 59
Artic. 1. De diuiſione virtutum in intellectuales & morales. ibid.
Artic. 2. De virtutis diſtributione in acquiſitas & infuſas. 60

Diſputatio VIII. De Prudentia.

Quæſt. I. Vtrum Prudentia rectè ab Ariſtotele definita ſit. 61
Artic. 1. Approbatur, particulatimq; exponitur definitio Prudentiæ. ibid.
Artic. 2. Qua ratione intelligendum ſit, prudentiæ non ſubeſſe falſum. 62
Quæſt. II. Vtrum actus prudẽtiæ eiuſq; partes rectè tradantur. 62
Artic. 1. De actibus prudentiæ. ibid.
Artic. 2. De partibus prudentię quę integrantes vocantur. 64
Artic. 3. De partibus ſubiectis, & potentialibus prudentiæ. ibid.

Diſputatio IX. De reliquis virtutibus moralibus.

Quaſtio I. De Iuſtitia. 65
Artic. 1. Quid ſit iuſtitia. ibid.
Artic. 2. De partibus integrantibus, & ſubiectis iuſtitiæ. 66
Artic. 3. De actibus iuſtitiæ commutatiuæ. ibid.
Artic. 4. De partibus potentialibus iuſtitiæ. 67
Quaſt. II. De Fortitudine. 68
Artic. 1. Quid ſit fortitudo, qui eius actus. ibid.
Artic. 2. De partibus fortitudinis. 69
Quaſt. III. De Temperantia. 70
Artic. 1. Quid ſit temperantia, & quæ eius partes integrantes. ibid.
Artic. 2. De partibus, ſubiectis, & potentialibus temperantiæ. 70

Digitized by Google

INDEX RERVM
PRAECIPVARVM,
QVÆ SVPERIORIBVS QVÆSTIONIBVS IN ETHICA Ariſtotelis ad Nicomachum continentur.

Actus.

Actum dici humanum dupliciter. pag. 27
Actus humani proficiſcuntur à libera hominis voluntate. ibid.
Actus, quos ſomniantes & mente capti edunt, licèt ſint hominis, non tamen dici humanos. ibid.
Actus humani num bonitatem & malitiam ab obiecto capiant. 34
Actus humanus, in commune ſpectatus, diuiditur in bonum, malum, & indifferentem. 35
Actus humanus in ſingulari indifferens ad bonum & malum non datur. 36
Vnus idemq. actus internus num ſucceſſiuè bonus & malus eſſe queat. 37
Actus perfectior habitu. 22
Actuum moralium honeſtas non eſt reducenda ad inſectilia Mathematica. 50
Actus prudentiæ qui. 63
Actus temperantiæ qui. 70. & ſeq.
Actus fortitudinis qui. 68

Appetitus.

Appetitus innatus vel elicitus. 9
Appetitus innatus triplex. ibid.
Appetitus ſenſitiuus quo ſenſu dicatur inclinari ad malum. 10
Quo appetitu omnia bonum appetant. 9
Appetitus num poſſit in malum tendere. 11
Appetitus ſenſitiuus num poſſit per ſe mouere membra, abſque motione voluntatis. 32
Appetitus quo pacto à voluntate moueatur. 31
Appetitum ſenſitiuum rectè diuidi in concupiſcibilem & iraſcibilem. 39
Appetitus concupiſcibilis nobilior iraſcibili. 39 & 40
Appetitus iraſcibilis miniſter concupiſcibilis. 40
Appetitus concupiſcibilis obiectum. 39
Appetitus ſenſitiuus cur duplex, cùm intellectiuus vnus ſit. 41
Appetitus iræ & concupiſcentię reſident in corde, non tamen in eadem eius parte. 41. & 42
Appetitum concupiſcibilem vbi collocarit Plato. 41
Appetitus ſenſitiui motus ſemper habet adiunctam corporis tranſmutationẽ. 43
In appetitu ſenſitiuo quæ virtutes inſint. 56

Bonitas & bonum.

Bonitas & malitia humanorum actuum vnde petenda. 34
Bonitas & malitia humanorum actuum, an pendeat à circumſtantijs. 36
Bonum an rectè definiatur, id quod omnia appetunt. 1
Boni variæ definitiones. ibid.
Bonum quid formaliter ſignificet. 9
Bonum & perfectum quo differant. ibid.
Bonum qua ratione dicatur diffuſiuum ſui. 9
Num in bonum omnis appetitio feratur. 10
Bona animi. 21
Boni variæ diuiſiones. 21
Bonum & finis quo differant. 13
Bonum & malum morale ſunt differentiæ eſſentiales actuum humanorum. 34
Bonum arduum obiectum appetitus iraſcibilis. 39
Bonum quodlibet particulare, eſt quædam participatio ſummi boni. 17

Cir-

Digitized by Google

Circumſtantia.

Circumſtantiæ humanarum actionum quot ſint. 36.
Circumſtantiæ vnde dictæ. ibid.
Numerus actuum non eſt circumſtantia. 37
Circumſtantiarum quædam notabiliter augent bonitatem vel malitiam actionum moralium, quædam non. ibid.
Quænam circumſtantiæ ſpecie differant. 32
Circumſtantia mutans ſpeciem, non eſt circumſtantia reſpectu actus cui ſpeciem tribuit. ibid.
Circumſtantiarum diuerſa genera. 37

Felicitas.

Felicitas quid ſit. 17
Veterum diſſenſio circa felicitatem. ibid.
Felicitatem non conſiſtere in diuitijs. 18.
Non in potentia. ibid.
Non in honore. ibid.
Non in gloria ſeu fama. 18.
Non in bonis corporis. 19
Non in voluptate. 20.
An in valetudine. 19
An in robore. ibid.
An in pulchritudine. ibid.
Felicitas conſiſtit in operatione animi. 21.
Quæ ſit hæc operatio. 22
Felicitas ſupernaturalis huius vitæ in quo ſit poſita. 23.
Felicitas ſupernaturalis alterius vitæ, in quo conſiſtat. 22.
Felicitas naturalis huius vitæ duplex. 23
In quo vtraque conſiſtat. ibid.
Felicitatis definitio ab Ariſtotele tradita. 24
Ad felicitatem politicam quo pacto externa bona requirantur. 25

Finis.

Finis & bonum quo diſcrepent. 13
Finis & bonum quot modis inter ſe comparari queant. ibid.
Agere propter finem, quo pacto toti naturæ conueniat. 14
Agere propter finem, quo modo ſoli naturæ intellectuali competat. 15
Res cognitionis expertes vt tendant in finem. ibid.
Dari aliquem finem vltimum humanarum actionum. 15
Finis duplex, obiectiuus & formalis. ibi.
Omnis appetitio tendit in finem vltimum. 16
Non eſſe incommodum, dari progreſſum infinitum in finibus accidentaliter ſubordinatis. 17

Fortitudo.

Fortitudo dupliciter ſumitur. 68
Fortitudinis preſsè acceptæ definitio. ibid.
Fortitudinis duo principes actus. ibid.
Fortitudinis actus martyrium. 68
Fortitudinis partes integrantes. 69
Fortitudinis partes potentiales. ibid.
Fortitudo non habet partes ſubiectas. ibid.

Habitus.

Habitibus ad tria indigemus. 48
Repentina ex habitu. ibid.
Ratio habitus ex intrinſeca ratione conuenit virtuti. 48.
Non in habitu, ſed in operatione felicitas conſiſtit. 22.
In naturalibus nobilior eſt actus habitu. ibid.
Habitus vitioſus non concurrit per ſe ad actionem ſtudioſam. 49
Habitus honeſti in appetitu duo præſtant munia. ibid.
Habitus fortitudinis & temperantiæ nõ ſunt in Angelis. 58.
Habitus virtutum moralium in beatis. ibid.
Habitus virtutum intellectualium. 59

Ius & Iuſtitia.

Ius quid. 65
Ius quotuplex. ibid.
Iuſtitiæ dignitas. 65.
Iuſtitia quid ſit. ibid.
Iuſtitiæ partes integrantes. 66
Iuſtitiæ partes ſubiectæ. ibid.
Iuſtitia remuneratiua & punitiua. ibid.
Iuſtitia commutatiua. 66
Iuſtitiæ commutatiuæ actus. ibid.
Iuſtitiæ partes potentiales. 67
Iuſtitia reſidet in voluntate. 56.

Libertas.

Libertas quid ſit. 27
Libertas humanarum actionum formaliter eſt in voluntate. 34

Mediocritas.

Mediocritas duplex. 50
In mediocritate virtus. ibid.
Mediocritas aliter in iuſtitia, atque in cæteris virtutibus ſpectanda. 50 & 51

Me-

Mediocritas virtutum non eſt in indiuiſibili, vt Stoici putabant. 50
Mediocritas iuſtitiæ. ibid.

Paſſio.

Paſſio quot modis accipiatur. 42
Paſſio pro affectione appetitus ſenſitiui, quo pacto definiatur. 43
Paſſiones non propriè ad appetitum rationalem pertinere. ibid.
Paſſiones non eſſe iudicia opinionemve, vt Chryſippus aiebat. 43
Paſſiones etiam in animum ſapientis cadere, contra Stoicorum dogmata. 44
Peripateticorum & Stoicorum diſſenſio de paſſionibus animi. 43. & 44
Paſſiones vtrum ſint ægritudines. 45
Paſſiones quot ſint. ibid.
Quæ paſſiones pertineant ad appetitum concupiſcibilem, quæ ad iraſcibilem. 46

Prudentia.

Prudentiæ encomium. 61
Prudentiæ definitio. ibid.
Prudentia habitus practicus. ibid.
Prudentiæ cur non ſubſit falſum. 62
Prudentia circa quam veritatem verſetur. ibid.
Prudentiæ actus tres præcipui. 63
Prudentia non ſtatuit finem virtutibus. ibidem.
Prudentiæ actus ſex. ibid.
Prudentiæ partes integrantes. 64
Prudentiæ partes ſubiectæ, & potentiales. ibid.
Prudentiæ vinculo nectuntur virtutes morales. 54. & ſeq.
Prudentia circa internos actus præcipuè verſatur. 59

Temperantia.

Temperantiæ obiectum. 70
Temperantia quid ſit. ibid.
Temperantiæ partes integrantes. ibid.
Temperantiæ partes ſubiectæ. 70
Temperantiæ partes potentiales. ibid.
Temperantia reſidet in appetitu concupiſcibili. 56
Temperantiæ actus. 71

Veritas.

Veritas duplex. 62
Veritas circa quam verſatur prudentia. ibidem.

Virtus.

Virtutis definitio tradita ab Ariſtotele explicatur. 47
Virtus ex ſua intrinſeca ratione eſt habitus, contra Scotum. 48
Virtutum habitibus ad tria indigemus. 47
Virtus moralis conſiſtit in mediocritate. 49
Virtutes quo ſenſu dici poſſint eſſe aut non eſſe homini naturales. 51
Virtutum variæ diuiſiones. 59
Virtutes acquiſitæ. 60
Virtutes infuſæ. ibid.
Virtutes acquiſitæ noſtris actibus comparantur. 52
Virtus moralis vnde dicta. 59
Dantur virtutes morales infuſæ per ſe. 60
Virtutum moralium triplex gradus. 53
Virtutes morales inter ſe connexæ. 54
Virtutes morales num inter ſe æquales ſint. ibid.
Virtutum moralium quædam perficiunt hominem ſecundum communem vitę ſtatum, quædam non. 55
Quæ virtutes hæreant in appetitu ſenſitiuo, quæ non. 57
Virtutum diuiſio in intellectuales & morales. 59
Virtutum intellectualium aliæ contemplatiuæ, aliæ practicę. ibid.
Virtutes practicæ quę ſint. 59
Virtutes ſpeculatiuę quæ. ibid.
Virtutes Cardinales quatuor Paradiſi fluminibus ſignificatæ. 60
Philoſophia moralis non eſt perfecta virtus. 62

Voluntas.

Voluntas vnum è principijs humanorum actuum. 26. & ſeq.
A voluntate eſt formalis libertas, licèt radix libertatis ſit in intellectu. 27
Non omnes actiones voluntatis ſunt immanentes. 30
Voluntas quo pacto moueat intellectum. 27. & 28
Voluntatem quomodo intellectus moueat. 28
Voluntate intellectus nobilior. ibid.
Voluntas nihil appetit, niſi quod ei ab intellectu proponitur. 28
Non omni intellectus actioni pręire motum voluntaris. ibid.
Voluntas mouet actiuè alias potentias, quæ ſuapte natura eius imperio ſubduntur. 29

Non

Non tamen eas mouet per aliquam præuiam excitationem. 54
Voluntas mouet alias potentias, concurrendo cum illis, tanquam cauſa vniuerſalior. 30
Voluntas vt mouet ſenſus internos. ibidem.
Voluntas vt mouet appetitum ſenſitiuum. 31
Voluntas ordinariè non mouet appetitum ſenſitiuum immediatè ibid.
Voluntas vt mouet membra externa. 31
Voluntas num membra externa moueat abſque interuentu appetitus ſenſitiui. 31. & 32
Voluntas quando mouet appetitum per redundantiam. 31
In voluntate quæ virtutes inſideant. 56
Voluptas.
Veterum dogmata de voluptate. 20
Qui in Voluptate felicitatem poſuerint. ibidem.
Refellitur hic error. 20
Voluptatem parit habitus. 48

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google